HISTORIA NATVRALIS LAPIDVM PRETIOSORVM OMNIVM, NEC NON TERRARVM ET LAPIDVM HACTENVS IN VSVM MEDICVM VOCATORVM,

ADDITIS OBSERVATIONIBVS MINERALOGIAM GENERATIM ILLVSTRANTIBVS,

IN VSVM AVDITORVM SVORVM DESCRIPTA

A

D. IOAN. WILH. BAVMER,

SERENISSIMI HASSIAE LANDGRAVII A CONSILIIS RERVM METALL. IN ACAD. LVDOVICIANA MED. PROF. PRIMAR. PRODYNASTIAE GIESSENAE, PRAEFECTVRARVM KOENIGSBERGENSIS ET HÜTENBERGENSIS AC CIVITATIS ALLENDORFENSIS PHYSICO, ET NONNVLLARVM ACAD. AC SOCIETT. SCIENTT. SODALI.

FRANCOFVRTI,

APVD IOAN. GEORG. FLEISCHER.

MDCCLXXI.

PERILLVSTRIS DOMINE,
PATRONE DEVENERANDE,

Sextum iam agitur lustrum, ex quo, non levibus caussis impulsus pristino vitae genere dimisso, rebus physicis perscrutandis, illasque publico commodo, quantum per vires licuit, applicandis, me totum tradidi, islaque, quae altioris indaginis habentur, peragenda reliqui viris fortioribus: Nec vmquam, si verum fatendum, huius consilii me poenituit; verbis enim, quantum vtilitatis atque laetitiae alma natura, nunquam mentiens, nunquam noverca, suis largiatur cultoribus, satis exprimi posse, dubito, & multo magis complurium naturae operum caussas intelligere, & quomodo morbis medendum sit, quam quid intra & extra Ilei muros olim deliratum fuerit, scire, ad nos attinere, arbitror. Antiquissimis quidem temporibus diligentes non defuerunt naturae indagatores, quorum merita grata mente recolimus; sed, vt dies diem demum docet, ex obseruationum penuria, principiorumque chemicorum atque

que phyſicorum defectu, plures errores
circa res phyſicas admiſſi, & de vſu rerum
ex ſignaturis, figuris, coloribus, aliisque
accidentalibus ſtatutum eſt; antequam ve-
ra illarum indoles atque vires innoteſce-
rent. Hanc ob cauſſam quaedam nociva,
& quam plurima inutilia, inter valetudinis
praeſidia temere recepta, & in pharmaco-
polis civitate donata ſunt. Iſtum abuſum
viri prudentes & cordati ſaepius quidem
impugnarunt; ſed, vt opiniones praecon-
ceptae difficulter eradicantur; officinae no-
ſtrae adhuc dum ſcatent eiusmodi quiſqui-
liis. Eundem cum illis ſcopum in exaran-
dis his theſibus mihi propoſitum habui;
quomodo eum tetigerim accuratiores na-
turae ſcrutatores iudices facio. An aliae
quoque diſciplinae ſuis naevis laborent at-
que incommodis, illi videant, quibus iſtas
intelligere atque diiudicare, datum eſt. Si
ſola veritatis cultura optimum ſalutis pro-
priae atque communis praeſidium eſt; per-
tinaces praeiudiciorum patroni, in quovis
vitae genere; neque religioni neque famae
ſuae, ne dum ſaluti publicae, recte conſu-
lunt, & videre videor iam illa tempora,
vbi, illis etiam invitis, veritas, erroribus
tandem magis magisque debellatis, laeta
potietur victoria, iuſtumque cuiuslibet la-
bori pretium ſtatuet praeiudiciis turpique
lucro

lucro haud praepedita posteritas. Valeant ista commoda falso credita, propter quae erroris cuiusdam defensionem suscipere, vel vllum etiam minimo malo afficere, animum vnquam vellemus inducere! Quanto contra satius est, qualicunque fortunarum iactura, veritatem defendere, atque eo ipso tam propriae quam alienae saluti, ad quod divino humanoque iure obligati sumus, quantum in nobis est, prospicere! Sed cur *Tecum*, *Vir illustris*, agens, harum rerum mentionem faciam, paucis indicandum est. Diversissimum quidem a meo vitae genus sequeris, & *Venerabilis Senis*, *Parentis Tui*, de re publica dudum optime meriti, vestigia alacriter premens, sacra iuris consultoribus aperis, atque magnarum caussarum patrocinia in *Te* recipis. Severiora haec studia non ita tamen *Te* tenent, vt disciplinarum elegantiorum atque Philosophiae naturalis sis immemor, quin potius, cum illorum satietas *Te* cepit, diligente harum lectione atque scrutatione animum oblectes, & in Musarum sacrario vndique tibi quaeras requiem. Quotiescunque, me adeo felicem esse, licuit, vt *Tuo* consortio vnum alterumve diem fruerer, peractis aliis negotiis, de studiis elegantioribus atque physicis colloquia nostra ad multam noctem saepius protracta sunt.

 Sine

Sine igitur, *Vir illustris*, vt paucas has pagellas, de rebus physicis agentes, *Tibi* decenter offeram! forte, si lectione illas dignaris, novam sermonibus nostris substernent materiam. Sine simul, vt, a *Te* saepius prudentissimis consiliis & re perhumaniter adiutus, exiguum quoddam grati animi documentum publice exhibeam. Faxit sapientissimus totius naturae conditor & conservator, vt vna cum *Generosa Tua Gente*, in reipublicae *Tuamque* exoptatissimum emolumentum, ad vltimos vitae humanae terminos, omni felicitate auctus, sapientiae atque virtutis praemiis, merito tuo, fruaris! Ita patrocinio *Tuo* me porro dignare, vt in omni officiorum atque obsequii genere me constantem videbis.

Dabam Giessae Idibus Martiis
MDCCLXXI.

PROOE-

PROOEMIVM.

Historiae naturalis amore, quo a longo temporis ſpatio teneor, ductus, non ſolum ſingulis annis tempora quaedam, aliis negotiis ſubducta, illi vlterius excolendae tribuere; ſed & ſchediaſmata quaedam res phyſicas proponentia ſubinde in vulgus edere ſoleo. Huius propoſiti memor, iterum conſimilem materiam quaerens, in illam de lapidibus pretioſis & de terris atque lapidibus vulgaribus in vſum medicum hactenus tractis, incidi. Quis enim merces adeo durabiles, ſplendidas, variis coloribus ſuperbientes, pretioſas, artibus mechanicis, ſuppellectili cimeliisque, ſollicite quaeſitis, inſervientes ac-

curatiore consideratione indignas esse, vmquam arbitrabitur? maxime cum respectu nonnullorum lapidum pretiosorum non solum apud ipsos gemmarios dissensus sit; sed quidam etiam eos venundantes ad fraudem pulcre edocti sint. In gemmarum pertractatione ex Caii Plinii historia mundi illarum nomina & descriptiones eum in finem adduxi, vt, cum veteribus me eadem nomina ac gemmas communia habere, innotescat. Praeterea, respectu terrarum atque lapidum vulgarium hactenus in vsum pharmaceuticum vocatorum, minus adaequatae definitiones hinc inde datae, & quaedam sententiae de illorum vsu latae ad eorum genera atque species non satis accommodatae fuerunt; dantur enim quaedam terrae paucique lapides, quorum vsus medicus ferri potest, licet neutiquam sit necessarius; plures autem ad hunc vsum prorsus inutiles, quid quod nonnulli prorsus nocivi sunt. Miror sane, quod, post ingenuas virorum doctissimorum

cor-

cordatorumque admonitiones, quaedam gemmae, non sine crumenae, & quidam lapides vulgares, non sine valetudinis damno, adhuc dum admisceantur formulis pharmaceuticis. Eheu quantum laboris est, inveterata ex animis denique exstirpare praeiudicia! Sed ita, teste ill. Leibnitio in Protogaea p. 49. homines facti sunt, vt quidquid specie aliqua praestat, etiam virtute eminere, arbitrentur, communi errore in naturalium rerum civiliumque arbitrio. A Medicis prudentioribus eiusmodi remedia, in quibus valetudini adversae nullum praesidium est, prorsus negligi, certissimus quidem sum: at cur non autoritate publica e pharmacopoliis proscribuntur; ne eorum coëmtio atque asservatio pharmacopolis oneri sit? Observationes tractationi meae hinc inde interspersae sunt, vt, si forte ab autoribus nonnullis quidam lapides in recta genera atque species haud reducti sint, rerum physicarum cultores id perspiciant, quod naturae

 ordini

ordini magis convenire, mihi visum sit. Tantum autem abest, vt monita haec ex contradicendi, vel doctissimorum virorum meritis atque laudibus quid detrahendi, animo conscripta sint; odi enim quaecunque in vllam aliorum laesionem exarata sunt; vt potius, maximas illorum meritis gratias deberi, publice profitear. Haec si lectori benevolo non prorsus ingrata erunt; volente Deo, & alia historiae naturalis obiecta subseciva opera pertractaturus sum.

SECTIO

SECTIO I.
DE
LAPIDIBVS PRETIOSIS.

CAP. I.
DE IIS GENERATIM.

---

§. I.

In *gemmas veras* (*aechte Edelſteine*) *ſemigemmas* (*halb Edelſteine*) & *pſeudo-gemmas* (*unaechte Edelſteine*) lapides pretioſi dividi ſolent. Iſtae lapides vitrei graviſſimi, duriſſimi, pellucidiſſimi, ſplendidiſſimi atque figura angulari, in ſtatu ſuo naturali, praediti ſunt: illarum cenſum lapides cornei puriores ſemi pellucidi vel diaphani, ac duriores, atque petrae teneriores, perpulcram polituram admittentes, veniunt: Ad has lapides vitreos, ſexangulares, pellucidos, ſplendidos, molliores referunt. Ex ſpeciali cuiusvis generis pertractatione omnium natura, attributa, commodi dilucidius patebunt. Pro diverſo diſtrorum la- Lapidum pretioſorum diviſio

 pidum

pidum loco natali eos in *orientales* atque *occidentales* dirimunt. Inter illos Adamas, Rubinus, Sapphirus atque Smaragdus occidentalibus pondere, fulgore, duritie, adeoque etiam pretio, multo praestantiores sunt; sed respectu reliquorum occidentales dignitate orientales aequiparant.

§. II.

Illorum natura.

Vitreae indolis illos esse, iam monuimus, quam ob caussam chalybi allisi scintillas spargunt. Quarzum, crystallos, lapides corneos atque petrosos ex argilla partim subtilissima, partim saltim tenera construi, in ipsis naturae officinis saepius observare mihi licuit, qui partim iam prorsus, partim parum adhuc indurati, partimque adhuc molles fuerunt: Ex analogia idem de gemmis inter argillam obviis auguror, saltim quod terra argillosa basin eorum constituat. Tantum autem abest, ut meam de harum natura opinionem cuidam obtrude-

re velim, vt potius cuivis liberam de his rebus sentiendi facultatem vltro concedam.

§. III.

Vitra haec naturalia ante induratationem suam fluida fuisse, tam communis lapidum, etiam durissimarum petrarum, ex aquis successiva praecipitatio atque ortus, nonnullorum figura angularis, salium speciem prae se ferens, & aliorum ex minimis diversisque stratis structura, quam aquae mobiles guttae & varia heterogenea atque petrificata in nonnullorum sinu, maxime lapidum corneorum, latentia commonent. Illustris Leibnitius in protogaea p. 23. spectabiles, inquit, intra crystallum montanam animalculorum aut graminis formae, & decurrentes guttae bullaeve generationi ex liquoribus favent. Neque ego abnuerim, ad eum modum, quo alumen & vitriolum in vase, postquam pars humoris calore fugata est, figuras accipiunt, Ortus.

 multa

multa etiam saxeae duritiei corpora tunc nata videri, cum a magna materiae liquentis solutione ad firmitatem, natura imminuto vel aestu humore, regrederetur.

Obs. I. Cl. Henckelius in pyritologia p. CLVIII. crystallos sales (scilicet terreos) ex aquis in cryptis terreis diu stagnantibus praecipitatos esse, non praeter rem autumat, & hanc illarum originem experientia quadam l. c. p. CCCLIV. adducta corroborat; quod scilicet in vrina vitro inclusa & duos tresve annos in loco tepido asservata, post impuriorum particularum tartareorum segregationem, crystalli pellucidi lapidei oriantur, vitrique margini adhaereant.

Obs. II. Qui horrendae molis lapides petrosos ex stratis quartam vel dimidiam pollicis partem crassitie aequantibus constructos atque in lateribus suis ab aëris iniuria adesos cernere avet, illi vt montis Dauni dorsum altissimum, vulgo *den Feldberg*, prope Homburgum, ascendat, do consilium.

§. IV.

§. IV.

Gemmarum atque pseudogemmarum figura, in statu naturali, angularis v. c. octoëdra, hexedra, tetraëdra, polyedra, semigemmarum v. c. lapidum corneorum atque petrarum teneriorum figura parallelepipedum fere imitatur, quandoque etiam irregularis est. Sub silicum specie occurrentes, provolutione in aqua angulis suis vel alia sua pristina forma privatae atque adesae sunt. Lapides pretiosos ex bracteis tenuissimis compositos esse, harumque directionem illorum diffractionem iuvare Cel. Rob. Boyle in tr. de gemmarum origine & virtutibus p. m. 7. contendit. Figura.

Schol. Silices peculiare lapidum genus non constituunt, sed modo exposita ratione ex lapidibus vitreis purioribus vel impurioribus ortum ducunt.

§. V.

Particularum tenerrimarum arcte inter se iunctarum multitudinem ad specificam corporum gravitatem Gravitas specifica.

 cal-

calculum suum conferre, facile intelligitur. Hanc ob caussam lapides pretiosos insigni pondere generatim gaudere, ponimus, &, experientia suffragante, pseudogemmae; supposito eodem volumine, a veris gravitate specifica superantur, & inter has adamas omnium gravissimus est.

§. VI.

Durities.

Lapides duritie admodum inter se varire, ita, vt aliqui nullam, alii mediocrem, alii vero perpulcram polituram recipiant, satis notum est. Lapides pretiosi omnes polimen elegantissimum admittunt. Hoc tamen non obstante, magna adhuc inter illorum duritiem differentia intercedit. Semigemmae atque pseudogemmae a bonae notae lima facile arroduntur, verarum gemmarum nonnullae v. c. Smaragdus, Chrysolithus, Amethystus, Hyacinthus, Beryllus atque Opalus eam parum sentiunt; aliae v. c. Adamas, Rubinus atque Sapphirus ab illa prorsus immunes sunt.

§. VII.

§. VII.

Verae gemmae atque pseudogemmae, sine labe existentes, prorsus pellucidae sunt. Ex semigemmis corneae rarius prorsus limpidae, saepius semidiaphanae occurrunt: saxosae vero, nisi in tenues laminas redactae, prorsus opacae sunt. Inter corneas pellucidis prae reliquis sui generis palma defertur. Pellucidítas.

§. VIII.

Gemmas veras maior igniculus vel splendor, quo prae caeteris radiant, quoque mirum in modum commendat; respectu cuius gravissimi atque durissimi v. c. Adamas, Rubinus atque Sapphirus reliquas multum anteeunt; imo & ex eadem specie vna alteram splendore notabiliter superat. Splendor.

Schol. Vbi gemmae vel pseudogemmae atque semigemmae turbidae, macularum nubilo fulgoris interpallati, veluti scobe sua refertae, languidae, fissuris interruptae, aut alienis turbatae coloribus

loribus sunt; tunc illarum pulcritudo atque pretium multum imminuuntur.

§. IX.

Earum phosphorus.

Gemmae, Pseudogemmae atque lapides cornei solis aliusve ignis calori aliquamdiu exposita vel frictione calefacta, luculam emittunt, vel phosphori naturam eatenus aemulantur; cuius phaenomeni experimenta facile capi queunt.

§. X.

Color.

Vario etiam saturatiori dilutiori-ve, simplici vel variato colore, v. c. aqueo, lacteo, flavo, viridi, violaceo, caeruleo, rubro, fusco & nigro colore lapides pretiosi superbiunt. Vaporibus atque particulis metallicis illorum substantiae admixtis varios istos colores deberi, pluribus rationibus atque experimentis clarum est; generantur enim in cryptis subterraneis montiumque stratis, quae eiusmodi vaporibus atque particulis metallicis feta sunt. Idem vitrorum arte confectorum tin-

tinctura comprobat; minimam enim calcis cuiusdam metallicae vel semimetallicae v. c. auri, cupri, ferri, stanni, cobalti, reguli antimonii &c. Vitrum colore rubro, viridi, smaragdino, prasino, lacteo, caeruleo, flavo colore imbuere, chymicis notissimum est. Quo saturatior, purior, floridior, & in lapidibus corneis quo multiplicior color est, accedentibus inprimis limpiditate atque igniculo; eo magis gemmarum pretium crescit.

Obs. I. Crystallos pellucidas albas vaporum sulphureorum atque arsenicalium ope, duas horas in testudine docimastica igni modico expositas, sine vlla laesione in (pseudo) sapphiros, Topasios, Rubinos, Smaragdos, Amethistos, aliorumque colorum gemmas Dominus Hellot mutasse dicitur. vid. Histoire & Memoires de l'Academie Royale des Sciences 1752. p. 85.

Obs. II. Annotante Domino du Fay, acidum quoddam particulis metallicis fetum lapidum vitreorum plures penetrat, eosdemque satis profunde tingit. Solutio argenti spiritu nitri facta lapides cor-

pyramidum, basi inter se iunctarum, vel silicum occurrentes v. c. Adamas, Rubinus atque Sapphirus referuntur. Deinde gemma tetraëdra, Topasii nomine veniens. Tertio gemmae hexaedrae, seu crystallis durissimae atque splendidissimae, tam in oriente quam occidente, vel in illo tantum, obviae, e. g. Adamas occidentalis, Smaragdus, Chrysolithus, Prasius, Amethystus, Hyacinthus, Turmalinus, Beryllus atque Opalus. Denique gemma polyedra, variae scilicet Granatorum species.

Schol. His Turcoides atque lapides chelidonii, sed immerito, a nonnullis accensentur; cum tamen potius ad petrificata pertineant; vti infra vberius demonstrabitur.

§. XIII.

Adamas *Adamas* Ἀδάμας, ab indomita sua vi nomen habens, est gemma omnium gravissima, durissima, fulgidissima, octoëdra, colore aqueo praedita. Alumen lapideum Linnaei.

A li-

A lima non arroditur, in igne vehementissimo plures horas persistit, & denique disparet, ac praeter aqueum, subinde aliis ludit coloribus. Caius Plinius in hist. mundi l. 37. c. 4, sequenti ratione illum describit: a crystallo colore translucido non differt, duritia inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura. Maculae atque colores alieni illum deturpantes pretium eius multum imminuunt. Se adamantes subflavos & virides vidisse, Cel. Rob. Boyle in tr. de gemmarum origine & virtutibus p. m. 12. asseruit.

Schol. I. Inter adamantis proprietates vim electricam quidem referunt; sed & alii lapides quarzosi politi, imo & vitra artificialia, frictione calefacta, levia corpora attrahunt. Illius luculam ex affrictu cum vitro ortam adeo vividam esse, vt carboni candenti haud cedat in historia Acad. Reg. Paris. ann. 1707. p. x. relatum legimus.

Schol. II. Ex relatione Domini Tavernier in regno Golconda Adamantes angulares in venis & cryptis subter-

 raneis

aqueis argilla circumdati, nullique lapidi concreti, at filicea forma praediti ad fluvidrum littora & in locis arenosis crebriori inundationi expositis inveniuntur.

§. XIV.

Rubinus. Adamanti *Rubinus*, Adamas ruber, dignitate proximus habetur, & est gemma gravissima, lucidissima, octoëdra, durissima, atque colore rubro tincta. Alumen lapideum rubrum Linnaei. Ipsa haec gemma una cum colore suo in igne vehementissimo perdurat. Pro diverso ruboris gradu diversa nomina accipit. Summo coloris rubri flore gaudens pretiosissimus est, & *Carbunculus*, Graecis Pyropus vel Anthrax, dicitur. C. Plinius l. 37. c. 6. de hac gemma mentem suam ita proponit: principatum Carbunculi habent, a similitudine ignium appellati; optimi Amethystizontes sunt, hoc est, quorum extremus igniculus in Amethysti violam exit. Rubinus ex rubro flavescens *Rubicellus*, ex rubro fuscus *Almandinus*,

Troezenios Plinii, colore roſeo vel carneo praeditus *Balaſſius*, atque ex rubro valde pallidus *Spinellus* dicitur.

§. XV.

Sapphyrus, *Cyanus* Plinii, eſt gemma graviſſima, pellucidiſſima, duritie tertia, octoëdra, colore coeruleo in igne fugaci. Alumen lapideum coeruleum Linnaei. Saturato colore caeruleo tincta rariſſima atque etiam pretioſiſſima eſt. Ex coeruleo albeſcentem vel prorſus albam *Leucoſapphirum*, Rob. Boyle l. c. p. 11. ex viridi caeruleum *Sapphirum Praſiten*, & punctis notatum *Sapphirum Lynceum* nominant. Leucoſapphirus reliquis minori conſtat pretio. C. Plinius l. c. c. 9. Sapphirus inquit caerulea raro cum purpura eſt, & aureis punctis collucet. Sapphirus.

Schol. I. Colore ſuo arte privatae pro adamantibus vendi ſolent a fraudatoribus.

Schol. II. Secundum experimenta iuſſu Auguſtiſſimi Rom. Imperatoris Vien-

nae 1751. capta, adamantes in igne vehementissimo scabri facti & in lamellas resoluti sunt, & denique disparuerunt. Rubini sine vlla mutatione maximam ignis vim sustinuerunt. Smaragdi vero liquefactae fuerunt. conf. *das Neuste aus der anmuthigen Gelehrsamkeit*, mense Iun. Num. XI. p. 540-542. 1751.

§. XVI.

Topasius. Alteram verarum gemmarum speciem *Topasius*, *Chrysophis* Plinii, efficit, & est gemma, post Sapphirum, durissima, limae non cedens, pellucida, colore flavo modo saturatiori modo dilutiori tincta, tetraëdra. Muria lapidea pullucida, flava Linnaei. In oriente atque occidente aequali nobilitate occurrit v. c. in Brasilia & Schneckenbergae in Saxonia &c. Ob coloris flavi elegantiam lapidisque splendorem C. Plinius l. c. p. m. 476. Chrysophis, inquit, aurum videtur esse, & etiam sordidis tantus est nitor, vt imagines, ceu specula, reddant. Si Topasii flavus color in fuscum decli-

[illegible]inat; tunc nomen *Topasii fumosi. Rauch-Topas*, recipit.

Obs. Topasius Brasilianus cineribus tectus, igneque moderato successive candefactus naturalem suum colorem cum rubro commutat.

§. XVII.

Ad tertiam verarum gemmarum speciem omnes crystalli pellucidae, duriores, albo aliove colore imbutae, hexedrae pertinent. Nitrum quarzosum Linnaei. Hae crystallorum sexangularium, silicum & stratorum tenuium (*Banderweiße*) forma reperiuntur, pro diverso colore varia vocabula accipiunt, & bonae notae limam quidem omnes, sed non adeo, vt crystalli molliores, fugiunt. Teste C. Plinio l. 37. c. 2. Crystallus non alibi reperitur, quam vbi maximae hibernae nives rigent. (scilicet in montibus petrosis altissimis) Quare hexangulis nascatur lateribus, non facile ratio inveniri potest; eo magis, quod neque mucronibus eadem species Crystalli duriores.

 est;

esse, & ita absolutus est, laeuorque laevor, vt nulla id arte possit aequari: Quae sine vitio sunt, puras esse malunt, acentetas appellantes, nec spumei coloris limpidae aquae; autoritas etiam in pondere est.

§. XVIII.

Adamas occidentalis.

Adamas occidentalis est crystallus durior, pellucida, alba. Nitrum quarzosum pellucidum album Linnaei. Germanis silicum Rheni nomine notae sunt, & hinc inde v. c. in Thuringia, prope Thondorfium atque Dachwicum &c. in agris arenosis, &, vt in Commerc. liter. Norimb. anni 1731. p. 315. relatum est, prope Osnabrugam in agro Schinckelbergensi aratro excitantur. Moles, durities atque pelluciditas pretium illis constituit. Ornatui, vtensilibus conficiendis, vitroque artificiali scindendo adhibentur, nec tam facile atteruntur, splendoremque suum, vti crystalli molliores, amittunt.

§. XIX.

§. XIX.

Smaragdus, Limoniades Plinii, est crystallos durior, pellucida, viridis. Nitrum quarzosum pellucidum, viride Linnaei. Color eius gratissimus est, quem C. Plinius l. c. c. 5. eleganter describit, nullius, inquiens, coloris aspectus iucundior est; nam herbas quoque virentes frondesque avide spectamus, Smaragdos vero tanto libentius; quoniam nihil omnino viridius, comparatum illis, viret. Praeterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant; quin & ab intentione alia obscurata, aspectu Smaragdi recreatur acies, scalpentibusque gemmas non alia gratior oculorum refectio est; ita viridi lenitate lassitudinem mulcent. Si color eius dilutior est, nubecula improbat, vel vmbra intercurrit; tunc deterioris census habetur. In igne viridis quidem eius color in caerulaceum mutatur; sed frigefacto pristinus viror iterum redit; diutius vero in illo retentus, colorem suum prorsus amittit, atque albescit. An Smaragdus.

 inter

inter omnes gemmas fragilissima sit, vti in dispens. Wirtenb. p. 11. relatum est, de eo dubito, eamque cum gemmis crystallinis duritie convenire, arbitror; ni pseudosmaragdus sit.

Schol. Quod pro Smaragdi matrice vulgo venditatur, nil nisi spathum quarzosum viride est.

§. XX.

Chrysolithus. *Chrysolitus*, (*Goldstein*) veterum Topasius, est crystallus durior, pellucida ex flavo viridescens, seu aureo colore translucens. Nitrum, quarzosum, pellucidum ex flavo viridescens. Si eius tota similitudo ad porri succum dirigitur, *Prasium* vel *Smaragditen* nominant, & hic punctis albis, rubris, nigris interdum notatus est. *Chrysoberyllus* Beryllo paullo pallidior est, sed in aureum colorem exeunte fulgore. *Chrysoprasius*, porri succum referens, paullum a Topasio in aurum declinat, seu magis, quam Prasius, flavet, & cum filice sicco, respectu coloris, similitudinem habet.

bet. *Melichrota* mellei, *Crocianus* crocei coloris eſt. Vid. C. Plinius l. 37. c. 5. & 8. Tam Chryſolithus, quam omnes eius variationes, in igne colorem ſuum exuunt.

Obſ. Omnes hae Chryſolithi varietates in vno eodemque loco vt plurimum reperiuntur, & a materiae lapideae ſaturatiori dilutiorique tinctura pendent; quam coloris varietatem etiam in aliis gemmarum ſpeciebus, vt de nonnullis iam dictum eſt, ab aliis vero adhuc referetur, obſervamus.

§. XXI.

Amethyſtus a virtute ebrietatem pellendi dicta, eſt cryſtallus durior, pellucida, purpurea, ſeu nitrum quarzoſum pellucidum, purpureum Linnaei. Colore purpureo modo ſaturatiori, modo dilutiori, imo quandoque fere pallido gemma haec tincta eſt; ſubinde autem purpura eius in rubedinem vel flavedinem declinat. Rectiſſime hinc C. Plinius l. 37. c. 9. eam, ait, violaceo colore pellucere, nonnullas Amethyſtus.

vero albicante purpurae a[illegible]ectu ad crystalli viciniam descendere. Me Amethystos vno loco purpureos, alio pallidos videre, memini. In igne gemma haec, amisso suo colore, liquescit.

§. XXII.

Hyacinthus *Hyacinthus* est crystallus durior, pellucida, fulva, vel ex saturato aut dilute flavo rubescens. Nitrum quarzosum fulvum Linnaei. Secundum C. Plinii opinionem l. 37. c. 9. violaceus Amethysti fulgor dilutus est in Hyacintho; primo quoque aspectu gratus, evanescit, antequam satiet, adeoque non implet oculos, vt pene non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. Diluto flavo colore tinctus *Leucochrysos* vel Xistion, succineo *Chryselectrum*, melleo *Melichrysos* Plinii esse dicitur. In coccineum colorem vergens pro omnium pretiosissimo, aurantio autem praeditus, nec adeo, vt reliqui, splendens, pro vilissimo habetur.

Obſ. I. In ſcoriam ex coeruleo nigreſcentem in igne, ſine additamentis, Hyacinthus mutatur.

Obſ. II. Ex Saturni vitro Hyacinthos ſpurios impoſtores conficiunt; qui autem mollitie ac colore deteriori a veris facile diſtinguuntur.

§. XXIII.

Beryllus, *Aquamarina*, Thalaſſius, Augites Plinii, eſt cryſtallus durior, pellucida, ex viridi coeruleſcens, ſeu aquam marinam colore imitans. Nitrum quarzoſum, pellucidum, ex viridi coeruleum Linnaei. Colore lacteo, olivari, atque variegato quoque occurrit. Teſte Plinio l. 36. c. 5. ex iis probatiſſimi ſunt, qui puri maris viriditatem imitantur. Proximi, qui vocantur *Chryſoberylli*, & ſunt paullo pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore, ſeu qui aliquid flavi admixtum habent. vid. §. XX. h. c. Angulari figura artificum ingeniis omnes poliuntur; quoniam hebeſcunt, in color ſurdus angulorum repercuſſu excitetur; aliterque politi eundem

Beryllus.

dem fulgorem non habent. In igne, amisso colore, gemma haec liquescit.

§. XXIV.

Opalus. *Opalus*, lapis elementarius, oculus cati, lapis mutabilis. Paederos vel Asteria Plinii, est crystallus durior, fere pellucida, colore lacteo, coerulescente, variegato imbuta, quae, post polituram, variis, tamquam iridis, coloribus ludit. Eximiam hanc colorum varietatem C. Plinius l. 37. c. 6. sequenti modo eleganter depinxit: est in ea Carbunculi tenuior ignis, est Amethysti fulgens purpura, est Smaragdi virens mare, & cuncta pariter incredibili mistura lucentia. In colorem flavum, coerulescentem, nigrescentem subinde declinat.

Obs. I. Raro opalus sine vitiis invenitur; hinc purus apud populos orientales magni pretii habetur.

Obs. II. Inter opalos a nonnullis oculus mundi, vel Beli, relatus, onychi melius accensetur, de quo inferius dicam.

Obs.

Obſ. III. Ex oſſium cineribus vitrum lactei coloris, opalo aliquatenus ſimile, conficitur; ſed neque duritie neque colorum refractione ad illius dignitatem accedit.

§. XXV.

Morion vel Capnias Plinii eſt cryſtallus durior, pellucida, nigreſcens vel nigra. Nitrum quarzoſum, pellucidum, nigrum Linnaei. Ob colorem ingratum minus commendabilis eſt. Indicum nigerrimo colore translucere, apud C. Plinium l. 37. c. 10. relatum legimus. Interdum nigro colori alius v. c. Carbunculi, Sardae vel Hyacinthi admixtus eſt. Morion.

§. XXVI.

Turmalinus eſt gemma perdura, pellucida, ex fuſco fulva, reſpectu coloris cum Hyacintho quodammodo conveniens. Frictione vel aqua aut oleo fervidis calefactus, vim magneticam quaqua verſum exerit, ſeu corpora levia in pulve- Turmalinus.

pulverem redacta attrahit atque repellit v. c. salem alcalinum, succinum, cinnabarim, regulum antimonii, calcem Iovis &c. Observante Domino Suen Rinmann, in vehemente ignis gradu colorem cretaceum induit, ac in spumam attollitur, continuatoque igne in vitrum opacum, album mutatur; hinc pro zeolithi specie vitrescente, electrica habetur. vid. Acta Acad. Regiae Scient. Suec. anni 1766.

§. XXVII.

Granatus. Quartam lapidum pretiosorum speciem *Granatus*, a mali Punici granis ita dictus, carchedonius Plinii, constituit, qui est gemma quarzosa, dura, plus minusve pellucida, figura rhomboidali, octoëdra, dodecaëdra, decatesseraëdra, icosedra, & polyedra praedita, atque colore rubro, ex rubro flavescente, viridescente, purpurascente, nigrescente tincta est. Inter illos ad Rubini amethystizontis colorem atque limpitudinem quodammodo accedentes omnium pretiosissimi sunt,

ſunt, & proprie *Granati gemmae* dicuntur. Reliqui, in primis ex rubronigreſcentes, vilioris pretii ſunt. Haec lapidum ſpecies vtplurimum ferrum, vel hoc atque ſtannum aut plumbum continens, in igne facile liqueſcit, & in ſcoriam opacam nigram mutatur. In vtraque India, Africa, Bohemia &c. effodiuntur.

Obſ. I. Granatus lapis ex fuſco ruber vel flavus, particulis granulatis conſtans, indeterminata figura gaudet.

Obſ. II. Ignobilis quaedam Granatorum ſpecies, colore ex rubro nigreſcente praedita, amorpha, ad conſuetam granatorum duritiem non accedens, Porphyritae ſaepius admixta eſt, & Germanis nomine *der Schörlkörner* venit.

Obſ. III. Granati artefacti mollitie languidiorique fulgore, quem extra ſe ſpargunt, nec in ſe continent, ſicut reliqua vitra colorata, a veris haud difficulter diſtinguuntur.

§. XXVIII.

Turcoides, Erani, quia eorum duriores nitorem atque polituram gemmeam admittunt, lapidibus pretioſis quoque annumerantur; ſed proprie ad zoolithos pertinent, Turcoides.

& teste Cel. Reaumurio in Memoires de l'Academie Royale des Sciences 1715. p. 320. nil nisi dentes animalis cuiusdam marini petrefacti sunt. Ex oriente allati, & nulla vel superficiali politura tantum praediti, dentium figuram exacte referunt. Omnes ex lamellis, ossium instar, structi, atque alveolis suis praediti atque opaci sunt, variaque magnitudine gaudent. Color illis albus, flavus, viridis, atque caeruleus aut ex viridi caeruleus est, & coeruleus, qualis orientalis esse solet, pro praestantissimo habetur, & hoc temporis successu in viridem degenerante, & ipsius lapidis pretium multum minuitur. Stellis atque imagunculus nigris notati inter viliores quoque referuntur. A Turcia, vnde primum, vel potius e Persia, ad nos allati sunt, vocabulum habeant. Ceteroquin in vtraque India, Hispania, Gallia, Germania, Silesia aliisque Europae regionibus, rarius tamen, inveniuntur.

Obs.

Obſ. I. In leniori ignis calore eorum color flaveſcens vel rubeſcens in viridem atque caeruleſcentem mutatur, in vehementiore autem, perdito colore, poroſi fiunt, in laminas dehiſcunt, & denique in calcem dilabuntur.

Obſ. II. Referente Dn. Bocone in Muſ. di Phyſ. p. 278. ex ebore ſeu vnicornu foſſili Turcoidem foſſilem, naturali ſimillimum, Ioannes Caſſianus de puteo, calcinationis ope, paravit.

§. XXIX.

Conſimilis farinae *lapides Chelidonii*, *Schwalben-Steine*, Bronciae, ombriae, ova anguina, ichthyodontes petrificati, griſeo, flaveſcente, rubeſcente, vt plurimum autem fuſco colore praedicti, & in ſuperiori ſuperficie macula, oculo ſimili, notati ſunt. Dominus Iuſſieu in Memoires de l'Academie Royale des Sciences 1723. p. 299. eos inter ichthyodontes referens, nil niſi dentes piſcis cuiusdam Braſiliani eſſe, affirmat. In Helvetia aliisque locis ſubinde eruuntur. Lapides Chelidonii.

CAP. III.

DE

PSEVDOGEMMIS.

§. XXX.

Pseudogemmae. *Pseudogemmarum*, vel vitrorum fossilium, nomine crystalli pellucidi, albae aut coloratae, molliores veniunt. Sub consueta figura crystallina hexedra, silicum, vel stratorum parvorum, inveniuntur. Plures vero angulos exhibentes ex duabus pluribusve crystallis concretae sunt. Polituram quidem admittunt; sed lima facile atteruntur, & ad iniurias externas fragiles, splendorem suum amittunt. In igne aliquoties candefactae, & aqua frigida extinctae, in pulverem fatiscunt. In Saxoniae, Bohoemiae, Silesiae, Helvetiae &c. montibus petrosis altissimis magna illarum copia datur. Coloribus, non autem duritie, vti in dispensatorio Wirtembergico p. 8. legimus, a crystallo montana differunt.

Schol.

Schol. Cryſtalli calcariae in Islandia, Helvetia &c. obviae, ob mollitiem atque fragilitatem ſuam a pſeudogemmarum claſſe merito excluduntur.

§. XXXI.

Specialis earum denom.

Generali quidem *fluorum cryſtallinorum* nomine veniunt, ſpeciatim vero ab illa gemma, quacum reſpectu coloris conveniunt, denominationes ſuas trahunt, & alba cryſtallus montana, *Pſeudadamas*, rubra *Pſeudorubinus*, caerulea *Pſeudoſapphirus*, flava *Pſeudotopaſius* vel Iris altera Plinii, viridis *Pſeudoſmaragdus*, purpurea *Pſeudamethyſtus*, lactea *Pſeudopalus*, nigra *Pſeudomorion* dicuntur. *Alii* eas fluoris adamantini, ſapphirini, ſmaragdini, amethyſtini, hyacinthini, opalini &c. nomine inſigniunt. Hae omnes quidem limpiditate atque colore florido ſatis ſe commendant, at interdum ſcabro, ferrugine, rubigine, maculoſa nube, obſcuro centro, vel rimis infeſtantur.

Schol. Ex vitris vario colore tinctis Pſeudogemmae factitiae fiunt; pleraeque autem mollitie atque colore lan-

 gui-

guidiori a naturalibus multum distant. Arte tamen etiam vitra colorata admodum dura, ad chalybem scintillas spargentia, confici possunt, & haec discretu a naturalibus non adeo facilia sunt.

§. XXXII.

Malachites. *Malachites*, *Pappelstein*, a colore Malvae foliis simili sic dictus, proprie aerugo aeris nativa solida, polimen recipiens, seu Chrysocolla, est. Improprie quarzo opaco, lapidi corneo teneriori, atque Iaspidi saturate viridis, id nominis tribui solet, & cognomine *Malachitae quarzosi, cornei* atque *saxosi* a Chrysocolla distingui possent. Malachitem florido colore viridi gaudentem, maculisque caeruleis nigrisve notatum, inter optimos habent.

Schol. Chrystallum pellucidam viridem nonnulli Malachiten nominant; sed hac ratione discrimen inter illum & Pseudo-smaragdum tolleretur.

CAP. IV.

DE SEMIGEMMIS.

§. XXXIII.

Ad *Semigemmas* nobiliores lapidis cornei species, diaphanae vel semipellucidae, duriores, colore simplici v. c. albo, flavo, viridi, rubro, caeruleo, nigro vel variegato praeditae, nec non petrae teneriores, elegans polimen admittentes, v. c. Iaspis, Porphyrites atque Granites pertinent. Ex his omnibus, prout nobiliora ignobiliorave, parva aut magna sunt, varia cimelia, signa, ficturae atque structurae conficiuntur. Semigemmae.

§. XXXIV.

Lapides cornei ex argilla tenera glutinosa concreti sunt; ad chalybem allisi multas scintillas spargunt, atque in frustula semilunaria dissiliunt; calefacti noctu lumen emittunt. Lapides cornei.

v. c. in protodynastiae Giessensis monte altissimo, eoque solitario, qui nostratibus *der Dünstberg* dicitur; lapides cornei conspectui quoque exponuntur.

§. XXXVII.

In serie arenosa & calcar.

Porro fasciarum vnum alterumve digitum altarum (*Banderweise*) in serie arenosa petrosae appropinquante, v. c. in Eichsfeldia & Hercinia, lapis corneus deprehenditur. Praeterea in serie testaceo-calcaria simili modo strata calcaria quoque percurrit, id quod in territorio Erfurthiensi, prope Martisburgum, vulgo Mevisburg, aliisque locis observavi. Etiam montes cretacei nil nisi testaceo-calcarii multa argilla alba commixti sunt; & in his lapidis cornei strata & petrificata eiusdem indolis marina v. c. in Anglia, Dania &c. occurrunt, id quod Cl. Dominus Soeren Abildgaard in descriptione montis Stevensklint eiusque memorabilium naturalium sequenti ratione indicavit: creta impurior, vel lapis calcarius friabilis,

ſtratis lapidis cornei vndoſis, horizontalibus, novem pollices altitudine aequantibus, diviſus, a montis cacumine vſque ad mediam eius altitudinem, quadraginta circiter vlnas aequantem, ſub oculos cadit. Infra illam creta tenuior alba, ſtratis lapidis cornei vnum duosve pedes altis diſtincta, cernitur. Superiora iſta cretae ſtrata, tres pedes & quod excurrit alta, multa petrificata v. c. echinitas ctenitas, chamitas &c. in ſinu ſuo fovent: at inferiora cretae purioris ſtrata, decem vel duodecim pedes alta, iis deſtituuntur; ſi a paucis chamulis glabris atque ſtriatis receſſeris.

Schol. Ex his lapidum corneorum ſedibus, eos ex creta ortos eſſe, & in eandem iterum fatiſcere, nonnulli arbitrati ſunt: ſed quod coëxiſtentia nexum cauſſalem non inferat, nemo non videt.

§. XXXVIII.

Denique etiam ſilicum forma, ſeu tamquam lapides provolutione in aqua angulis ſuis privati atque adeſi, Inter ſilices.

 lapi-

tum de Chalcedonii nobilitate participantia, quandoque occurrere, non nego.

§. XXXXI.

Puriores. Praeter illos *puriores*, ac nobiliores lapidis cornei species, seu potius varietates, semipellucidas, imo prorsus diaphanas, habemus, quae fere vitrea sua pelluciditate reliquis palmam praeripientes, semigemmarum nobilitatem atque titulum sibi vindicant, illis splendorem sine viribus, nitoremque verius, quam splendorem esse, Plinius l. c. c. 2. asseruit. Hae ipso vario suo colore aliisque determinationibus accidentalibus, varias denominationes recipiunt; id quod C. Plinius in historia mundi l. 37. c. 10. eleganter descripsit, numerosa, inquiens, varietatibus diversis mutantibus, cognomina eius sunt; increscentibus varie maculis, ac verrucis, linearumque interveniente multiplici ductu atque colore, mutantur saepius nomina in eadem plerumque materia. Praeterea permulti

natu-

naturae lufus in illis depicti funt; eos nemorum, fluminum, iumentorum &c. fpecies reddere, idem autor l. c. retulit.

Obf. Solutionibus metallicis atque femimetallicis v. c. auri, argenti, Wismuthi, Mercurii, in his lapidibus fpecies arte etiam depingi poffunt; quae vero ignis vel aquae fortis actione iterum detergi, atque a naturalibus discerni, queunt.

§. XXXXII.

En *duritie* lapides cornei ad vnum omnes gaudent, vt aëris iniuriis prorfus refiftant, nec, vt quidam falfo crediderunt, in cretam vel pulverem calcarium dilabantur. Hanc illis, tamquam veteris domicilii indicium, fubinde adhaerere, fatis verum eft; fed & fub filicum forma occurrentibus adhaeret materia arenofo-tophacea; nemo autem ortum eorum ex hac augurabitur. Aedificium anno MCCCCIII. Bridewelliae in Norvico ex hoc lapidum genere exftructum ad noftra vsque tempora haud adefum, fed prorfus incorruptum, reperiri, *in dem Hamburgi-* Durities.

burgi-

fere opacus non adeo rarus est, illum saepius in silicum stratis, atque ad torrentum ripas, deprehendi; sed prorsus pellucidum videre, aliquoties tantum mihi contigit.

§. XXXXVII.

Malachites corneus. *Malachites corneus*, est lapis corneus semipellucidus vel translucidus, viridis. Prorsus pellucidus oppido rarus est; sed opaci atque semipellucidi magna datur copia. In altissimo Thuringiae monte, *dem Schnee-Kopf*, haud procul a Sula, integra lapidum strata partim ex illo solo, partim cum Chalcedonio atque Sardo remixto, confecta, non sine admiratione, contemplatus sum. Hanc Malachitae speciem a Malachite venereo, qnarzoso atque iaspideo distinctam esse, supra retuli.

§. XXXXVIII.

Carneolus. *Carneolus* vel *Sardus* est lapis corneus, tenuior, semipellucidus vel diaphanus, ruber. Color hic modo pallidior, & rosae similis, modo saturatior & Rubini aemulus est; subin-

subinde etiam vergit in Amethysti purpuram. Sardi species diaphanae saepius, quam Lyncuri atque Malachitae cornei, obviae sunt. Echinites in carneolum mutatus, & in stratis siliceis prope Giessam inventus, haud ita pridem mihi allatus est.

§. XXXXIX.

Lapis corneus tenuior semipellucidus, nigrescens vel niger *Onychis*, Onychii, candidis zonis distinctus *Memphitae*, vel *Camehuiae* nomine venit. Arabicas Onyches nigras candidis zonis reperiri, veramque Onychem plurimas variasque cum lacteis zonis habere venas, omnium in transitu colore inenarrabili, & in unum redeunte concentum suavitate grata. C. Plinius L. 37. c. 6. retulit. Colore nigro atque rubro variegatus *Sardonyx* s. Sardonychium, & circellis vel oculi figura notatus, *oculus Beli* s. mundi, dicitur. De hoc sequentem descri- Onyx.

ptio-

ptionem Plinius loco citato dedit: indica Onyx plures habet varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis, oculi modo; intervenientibus quarundam oculis obliquis venis. Oculum Beli eum opalo non confundendum esse, ad §. XXXIV. monui.

§. L.

Achates. Illam lapidis cornei tenuioris semipellucidi vel diaphani speciem, quae variis coloribus floridis v. c. albo, flavo, viridi, coeruleo, rubro exornata est, *Achaten* nominant. Hunc C. Plinius l. 37. c. 2. sequenti modo delineavit: oriens murrhina mittit, & in pretio varietas colorum est, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, & ex vtroque ignescentem, velut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente; laudantur etiam in illis extremitates & quidam colorum repercussus, quales in coelesti arcu spectantur.

LI.

§. LI.

Achates arbusculas reddens *Dendrachates*, striis purpureis notatus *Haemachates*, striis albis distinctus *Leucachates*, punctis rubris conspersus *Stigmites* vel *gemma divi Stephani* nuncupatur. Achates cum crystallo mixtus *Crystallachates* & cum laspide concretus *Iaspachates* dicitur. Eius varietates.

Schol. Praeter lapidem corneum varie tinctum, etiam Crystallum atque Iaspidem ad Achatae essentiam pertinere; haud arbitror, & in hac re a Cel. Domino D. Bruckmanno dissentio; licet Achates cum his lapidum generibus subinde concretus esse soleat.

§. LII.

Ex variis minimis Pseudogemmarum, lapidis cornei tenerioris, imo & Iaspidis stratis *Corallachates*, Germanis *Bindstein*, compositus est. In Saxonia prope Freibergam occurrentem Cl. Henckelius in pyritae historia p. 323. ita describit: primo parva eius strata ex spatho, Corallachates.

crystallo montana, amethysto, se invicem excipientibus, composita sunt; deinde crystallus montana & quarzum vicibus alternis, ad duodecimum stratum usque, conspiciuntur, & haec omnia, vix quatuor lineas altitudine interdum aequantia, admodum inter se distincta sunt. Tertio Chalcedonius atque Iaspis bis pluriesve alternatim comparent, & denique quarzum praedurum atque iaspis stratis paullo altioribus agmen claudunt. Strata haec ad vnum omnia firmissime inter se cohaerent, & parvulorum arcuum juxta se positorum speciem prae se ferunt.

§. LII.

Achates Islandicus.

Achatae vitrei Islandici titulo Vulcanorum in dicta insula obviorum scoriae nigrae minus adaequate veniunt; etenim, sicut aliorum montium ignivomorum scoriae, lapidibus corneis multo molliores sunt, & chalybi allisi paucas tantum scintillas agunt. In tenuiores laminas divi-

divisi, nigredinis loco, viridem colorem exhibent.

§. LIV.

Iaspis est petra tenerior ex subtili argilla concreta, quae varios suos colores a maiori minorive particularum martialium admixtione habet. Albida *Galactites*, flavescens *Terebinthizusa*, flava *Melites*, maculis flavis obsita *Pantherina*, fusca *Spadicea* vel Sacodion, rubra *Haematoiaspis*, ex rubro fuscus *Sinopla*, viridis *Malachites iaspideus*, idem punctis rubris stellatus *Heliotropius*, coerulea *Cianus iaspideus* vel Aerizusa, eadem lineis albis striata *Grammatias*, nigrescens *Capnias iaspidea*, nigra lapis *Thracius*, variis diversorum colorum striis distincta *Carallo-iaspis*, *Bander-Iaspis*, cum Onyche, Achate, crystallo concretae Iaspo-nyx, Iaspachates, Crystalloiaspis, quarum hic sculpturae multis etc. nominantur, et harum pleraeque denominationes Plinianae sunt. Iaspis.

§. LV.

crystallo montana, amethysto, se invicem excipientibus, composita sunt; dein crystallus montana & quarzum vicibus alternis, ad duodecimum stratum vsque, conspiciuntur; & haec omnia, vix quatuor lineas altitudine interdum aequantia, admodum inter se distincta sunt. Tertio Chalcedonius atque Iaspis bis pluriesve alternatim comparent, & denique quarzum praeduriusm atque iaspis stratis paullo altioribus agmen claudunt. Strata haec ad vnum omnia firmissime inter se cohaerent, & parvulorum arcuum juxta se positorum speciem prae se ferunt.

§. LII.

Achates Islandicus. Achatae vitrei *Islandici* titulo Vulcanorum in dicta insula obviorum scoriae nigrae minus adaequate veniunt; etenim, sicut aliorum montium ignivomorum scoriae, lapidibus corneis multo molliores sunt, & chalybi allisi paucas tantum scintillas agunt. In tenuiores laminas

divi-

divisi, nigredinis loco, viridem colorem exhibent.

§. LIV.

Iaspis est petra tenerior ex subtili argilla concreta, quae varios suos colores a maiori minorive particularum martialium admixtione habet. Albida *Galactites*, flavescens *Terebinthizusa*, flava *Melites*, maculis flavis obsita *Pantherina*, fusca *Spadicea* vel Sacodion, rubra *Haematoiaspis*, ex rubro fuscus *Sinopla*, viridis *Malachites iaspideus*, idem punctis rubris stellatus *Heliotropius*, coerulea *Cianus iaspideus* vel Aerizusa, eadem lineis albis striata *Grammatias*, nigrescens *Capnias iaspidea*, nigra lapis *Thracius*, variis diversorum colorum striis distincta *Caralloiaspis*, *Bander-Iaspis*, cum Onyche, Achate, crystallo concretae Iaspionyx, Iaspachates, Crystalloiaspis, quarum hic sculpturae mutilis est nominantur; & harum pleraeque denominationes Plinianae sunt. Iaspis.

§. LV.

§. LV.

Diversa dignitas.

Inter omnes has variationes teneriori structura gaudentes atque ad lapidum corneorum dignitatem fere accedentes, pulcram polituram admittentes, & colore roseo, purpureo, coeruleo atque eleganter variegato praeditae, reliquis merito praeferuntur. Iaspides vero crassiorem structuram, a petra vulgari vel martis minera vix differentem, habentes, Semigemmarum dignitatem atque titulum sibi vindicare nequeunt.

§. LVI.

Locus.

Iaspidem ex argilla tenuiori, marte plus minusve tincta componi, in naturae officinis saepius observavi. In argillae foveis ad latus australe montis Thuringiae altissimi, *des Schnee-Kopfs* iaspidem adhuc semi mollem, & iam perfectam, imo & haematiten lamellatum (*Glaskopf*) in iisdem vidi. Proprie igitur ad montes petrosos, sive concatenati sint & seriem constituant, sive vt

solitarii inter alias series emicent, pertinet, eorumque strata fere media sub corneis constituit. Galactiten seriei scissilis albae, rubrum seriei scissilis rubrae, Meliten seriei scissilis coeruleae, & capnian iaspideam seriei scissilis nigrae statumen constituere, multoties vidi; manifesto documento illam colorem suum cum serie incumbente fere communem habere.

§. LVII.

Iaspis diffracta granosas superficies exhibet. Chalybi allisa, in primis tenerior, multas scintillas spargit. In igne vehemente lapide corneo facilius fluit, atque in scoriam mutatur. Illam ex minutis stratis, vt omnes petrae, compositam esse, facile quidem largior; sed eam ab aëris iniuriis denique solvi, vti Cel. Dominus Bruckmannus l. c. p. 95. asserit, de Iaspide teneriori atque duriori nunquam, at de petris crassioribus subinde, v. c. in Wetteraviae monte altissimo (*dem Feldberg*) vidi, vbi permagnae molis petrae

Proprietates.

in lateribus ita adesae erant; vt illarum strata minora, tres lineas, ad pollicis dimidium, altitudine aequantia, facile discerneres. Iaspides cupreis serris haud dentatis divisae, ac smiride politae, pro maiori minorive sua mole, structionibus ac variis vtensilibus conficiendis adhibentur.

§. LVIII.

Porphyrites. *Porphyrites* est quarzum albo & rubro colore variegatum, vel carneo, rarius purpureo, colore tinctum. Plerumque eandem structuram cum quarzo habet, interdum vero ex lamellis arcte inter se cohaerentibus compositus est. Vtraque haec species pura atque durissima est, bonumque polimen recipit. Interdum granati ex rubro nigrescentes, *Schöerlkörner*, illi admixti sunt. Deterior Porphyritae species multum micae albae, polituram impedientis, continet. Chalybi allisus plurimas scintillas, quarzi instar, agit, & in igne sine additamentis fluit. Ceteroquin vtensilibus

filibus atque structionibus parandis inservit.

§. LIX.

Ad series petrosas, vel montes petrosos solitarios, tamquam natalem suum locum, Porphyrites, sicuti quarzum aliaeque petrae duriores, pertinet: in Aegypto, Arabia, Norvegia, Suecia, Thuringia &c. deprehenditur. In Aegypto Porphyriten rubere, C. Plin. l. c. l. 36. c. 7. affirmavit. In Thuringiae planitiebus frusta vnum alterumve centenarium ponderantia, vi aquarum olim illuc ex montibus devoluta, hinc inde inveni. Frusta minora stratis siliceis frequenter admixta sunt, atque ad fluminum ex altis regionibus decurrentium ripas colliguntur. Locus.

Schol. 1. Secundum Cel. Dn. D. Brückneri sententiam Porphyrites in omni cum iaspide convenire, imo, respectu mixtionis, illa crassior esse, dicitur: ego autem, illam quoad structuram & proprietates quarzo magis affinem esse, censeo; id quod quilibet lapidis huius autopsia & inquisitione

indurescit; tunc granites frustulis angulosis nascitur, cuius magnam vim in Thuringiae montibus petrosis altissimis v. c. prope Stützerbacum &c. vidi. Ipsi rivi ex montibus altissimis delabentes ingentem frustorum lapideorum angulosorum, maiorum minorumque, copiam, nullos autem silices, continent, quae deinde longius provoluta, detritis angulis, silicum formam induunt. Granitae autem, a montibus altissimis longe distantes, nonnisi frustula silicea rotunda in sinu suo fovent, quae illuc aquarum torrente delata, dicta ratione argilla involvuntur, & cum illa concreta Granitas efficiunt. Horum magnam copiam prope Muntzenbergam in Wetteravia &c. vidi.

Schol. I. Silices teneriores atque crassiores argillae impuriori, griseae, impacti, Granitarum quidem figuram, non autem teneritatem imitantur, & vulgo *Wurst-Steine*, dicuntur.

Schol. II. In Granitis nulla petrificata contineri, Cel. Dn. D. Bruck-

mannus

mannus rectissime affirmavit; cuius rei ratio in vtrorumque ortu quaerenda est; petrificata enim mari veteri atque recenti, Granitae aquarum diluviei, lapidum fragmentis, silicibus atque argillae, natales suos debent.

Schol. III. Inter silices Granitarum frustra quoque reperiri, idem laudatissimus autor l. c. p. 109. asserit; quod autem nobilioribus raro, & tunc demum accidit, si eorum frustra ex loco natali aquis abripiuntur, angulis suis diuturniore provolutione orbantur, atque silicum stratis admiscentur, vel ad torrentum ripas exponuntur.

§. LXIII.

Quarzi etiam species quaedam, cum magna micae nigrae, fuscae &c. quantitate remixta datur, quam prope Leutenbergam aliisque Thuringiae atque Hassiae locis observavi; hanc, ob coloris varietatem *Pseudo - Graniten* (*Wilden - Granit*) nominant; re ipsa autem a vero Granite multum distat. Pseudo granites.

SECTIO

tuosi, eius torrenti se mobile opponentes, scapham scapham, & lapidem lapidem, dixerunt, atque explosis istis naeniis ac puerilibus sententiis, terrarum atque lapidum paucissimum, imo vere nullum, in Medicina vsum reliquerunt.

§. LXVI.

Mixtionis ratio habenda. Terris atque lapidibus, respectu mixtionis & attributorum admodum inter vse differentibus, ea omnia, ante temerariam vsus declarationem, prius rite determinanda, in classes, genera atque species suas redigenda, eorumque attributa, atque illorum ad corpus animale relationes, firmis rationibus prius demonstranda esse, nemo non videt. Quaedam enim prorsus nociva, alia inutilia, humoribus nostris indissolubilia, & pauca denique in casibus quibusdam specialibus aliquius vsus sunt; licet, si verum fatendum, omnibus supersedere possemus; cum parabiliora atque efficaciora pharmaca in re medica copiose reperiantur.

§. LXVII.

§. LXVII.

Multum etiam interest, an terrae atque lapides vel sua natura, aut per accidens, particulis metallicis, semimetallicis, innocuis vel noxiis, aut salinis v. c. stypticis, aliisque partibus heterogeneis coniuncti, adulterati, atque inquinati sint, nec ne? tunc enim de statu illorum puro atque impuro, eorumque attributis atque affectibus non possunt non iudicia toto coelo inter se differentia ferri. Eorum Impuritas.

§. LXVIII.

Ad horum remediorum praeparationem, cum aliis pharmacis mixtionem, & modum adhibendi, quoque attendendum est: quaedam enim in subtilissimum pulverem redacta, si nil iuvent, attamen in minori dosi innocua sunt, quae, non satis commixta gravia damna dare, aut iusto maiori dosi exhibita, temporis successu nocere possunt. Aliter obtecta quaedam sibi relicta, aliter remixta cum aliis, agere solent; dum ex eorum connubio prorsus Adhibendi modus.

mutari, & meliorem deterioremve indolem acquirere possunt. Longe etiam alia ratio est, si convenienti vel incongruo vehiculo, & denique si extrinsecus corpori applicentur, vel ore deglutiantur: quae omnia generatim sumta satis nota sunt, & speciatim ex sequentibus dilucidius apparebunt.

CAP. II.

DE TERRIS GENERATIM.

§. LXIX.

Terrarum puritas. Cum lapides ex terra nati sint: huius recta noticia illorum cognitionem, respectu mixtionis atque vsus, mirum in modum iuvat. Sunt autem terrae vel purae, nihil scilicet heterogenei praeter essentiam suam continentes, vel impurae, seu particulis alienis accidentalibusque terreis, phlogisticis, salinis, metallicis atque semimetallicis inquinatae.

§. LXX.

LXXI.

Argilla a partibus heterogeneis, quantum fieri potuit, libera, in primis alba, est terra pura, primo genea, in tellure nostra maxime vniversalis, in aqua insolubilis, in igne indurescens. Saepius tamen variis modis determinata, tincta, falsa, laeta, aliisque corporibus admixta est, ita, vt depuratione quam maxime opus habeat. Mihi enim his, eam in macram atque pinguem seu glutinosam distinguere possumus. Illa terris atque lapidibus vitreis, haec argillae vulgari varie colorata, atque lapidibus argillosis, crassioribus impurioribus que mixtis, schistis atque argillosis materiam praebet. Argilla.

Schol. Arenam puram argillam macram granulatam esse, a vero non abhorrere id quod, si in pulverem subtilissimum redigitur atque humectatur, apparebit.

LXXII.

Terra calcaria naturalis, pura, nil nisi particulas suae indolis continet Terra calcaria

 atque

atque animalis prosapiae, nimirum ex ostreocodermatibus in pulverem dilapsis orta est. Hanc in lacte lunae, topho huiusque naturali farina puris, deprehendimus; est in terra margacea, calce communi atque creta plus minusve cum argilla combinata est. Vtraeque hae terrae, argillaceae nimirum atque calcariae, pro relative simplicibus haberi possunt, atque aliarum terrarum atque lapidum basin constituunt.

§. LXXII.

Terrae compositae.

Ex dictis terris varia proportione inter se & cum aliis subiectis mixtis terrae compositae, v. c. phlogisticae, salsae, stypticae, semimetallicae atque metallicae ortum sumunt. Argilla atque terra calcaria *margam*, haec cum arena *lutum* (*Leimen*) constituit. Terra margacea acido vitrioli maxima ex parte saturata terram *gypseam*, cum vegetabilium atque animalium partibus, putredine solutis, plus minusve maritata *limum*, humum atram (*Moor-Erde*) atque *humum ruralem* (*Bau-Erde*)

Erdech efficit. Terra argillosa vt & margacea phlogisto minerali, acidis mineralibus, particulis semimetallicis atque metallicis foeta terras *inflammabiles*, *salsas*, *stypticas*, *semimetallicas* atque *metallicas* pariunt; id quod ex specialiori pertractatione videbimus. Quae tamen, exclusis communibus nominis circa terras atque lapides in vsum pharmaceuticum olim assumtos, [illegible] bitur. [illegible] Dn. Io. Ant. Scopoli in anno II. historico naturalis p. 9. sobolem analyseos naturalis corporum vegetabilium satis concinne nominat.

Schol. ab interno remediorum terrestrium vsu in morbis nostris haud solubilibus abstinendum esse, merito suademus, si nec primas vias onerent, neque viscera [illegible].

§. LXXIII.

Terra Tripolitana in dispensatorio Würtenbergico p. 111. pro margae specie habetur, & terram margaceam in nonnullis pharmacopoliis, Tripolitanae loco, asservari atque vendi, satis verum est. Sed genui- Terra Tripolitana.

gentilis terra, tenera, sic madens, vitrea, & sub dentibus manibusque tractatu aspera, utpote subtilis arenae, est, licet nulla prorsus arte ex illa separari queat. Aqua illam neutiquam solvit, in igne admodum refractaria est, multo tamen acriore quam sale fossili difficilius solvitur. Ex polimine perfectiori, quod in corporibus duris v. c. metallis, lapidibus preciosis, inducit & conciliat, eius bonitas diiudicatur.

Schol. Huic sententiae Dn. Prof. Mart. Hubneri relatio, terram Tripolitanam Britannicam in monte Poligne ex ligno olim petrefacto, deinceps per ignem subterraneum calcinato, originem traxisse, non contradicit: plura enim ligna atque ossa [illegible] existunt ope terrae vitreae petrificata; vid. Transact. Philos. vol. LI. p. [illegible] anni MDCCLVIIII.

§. LXXIV.

Autorum sententia.

Terram Tripolitanam arenae speciem esse, cel. Wallerius in mineral. p. m. 45. autumat. Cel. Lehmannus, eam terram macrem, atque

que

quae asperam esse, in mineralogia p. 27. contendit, & novae mineralogiae exercitassimus auctor anonymus, illam terram siliceam esse, rectissime affirmat; quae sententiae in id, quod vitreae indolis sit, collimare videntur.

§. LXXV.

Ex Africa, Hispania, Britannia, Gallia, Saxonia &c. haec terrae species ad nos adfertur. Virtutem siccantem ei attribuunt, atque contra intertrigines laudant; sed, iudicante Cl. Dan. Ludovici in pharmacia moderno saeculo applicanda p. m. 320. politoribus aptior, quam Medicis, est. In orichalci fusoriis ad catillos formandos eam adhibere solent. Et quidnam solatii vel auxilii in vitiis cutaneis ab humorum acrimonia pendentibus a terra argillosa macri sperari poterit? Locus & vsus.

§. LXXVI.

Cum, ob lapidum vitreorum, haud facile destructibilium, duritiem, terras vitreas nominatas manu Terrae vitreae artificiales.

 manu

nigrae naturae, nostris medicis non
illas parant, & Chemici nos do-
cuerunt, gemmas fictitias, pseudo-
gemmas, chrystallos atque semigem-
mas, igne aliquoties candefactas
frigida extinguunt, & super por-
phyritem in pulverem subtilissi-
mum redigunt. Sed in hoc labo-
re, respectu usus medici, oleum
atque opera perdita sunt; obtine-
mus enim pulverem humoribus
nostris insolubilem, ventriculo gra-
vem, visceribusque inimicum; de
quo in doctrina de pharmaceu-
tica gemmarum usu ulteriorem
mentionem faciam.

CAP. III.

DE TERRIS CALCAREIS.

§. LXXVII.

Lac lunae. *Lac lunae*, Agaricus mineralis, Morochtus, est terra calcaria pura, albissima, levissima, porosa, friabilis, linguae adhaerens, atque

sapo-

ſaporem dulcem praeſtans. Inter montium teſtacea calcariorum ſtrata, ſub ſtrierum vnum alterumve pollicem altarum forma, occurrit oſtreocodermatum marinorum fragmentum ſaepius continet, & ex horum, ab argilla ſcilicet haud petrificatorum, deſtructione ortum duxit. Illam quoque ex lutis oſtreocodermata etiam non petrificantis ſtratis, aqua pluvia elotam ſaepius vidi.

§. LXXVIII.

Cel. Dn. D. Loeſeke in materia medica p. 223. illam quidem citavit, ſed nullam de eius mixtione mentionem fecit. In diſpenſatorio Würtembergico p. 111. pro marga, & a Cel. Wallerio in mineralógia p. m. 18. pro creta alba, leviſſima, friabiliſſima habetur; ſed horum neutrum locum habere poteſt; cum tam marga, quam creta, praeter partes calcarias etiam argillaceas habeant, quae tamen in lac lunae neutiquam cadunt. Autorum ſententiae.

§. LXXX.

Eius vsus. Tamquam remedium acidum infringens agaricus mineralis commendatur, atque in pulverem gelactopoeum admittitur. Si purus, sed ab aliarum terrarum admixtione liber est, tunc omnia, quae ab ostreocodermatibus in pulverem redactis expectari possunt, aeque praestat, & cum eam series testaceo-calcariis, quam nostra, nihil venenati contineant, sine haesitatione in vsum medicum vocari poterit. Vbi vero non ad manus est, dicta ostreocodermata, lapides cancrorum ovorumque testae illi, sine omni iactura, substitui possunt.

Schol. Tam ex his, quam illis, imo etiam quovis terra tophacea vstis aqua calcis vivae, secundum Cel. Dn. R. Whytt experimenta, calculo laborantibus perquam vtilis parari potest; & hanc vero in vsum medicum haberem aliquoties expertus sum.

§. LXXXI.

Terra tophacea. In imis plurimarum regionum planitiebus ex cochlearum aquaes dul-

dulces inhabitantium tectis destructis magna vis *terrae tophaceae* progenita est v. g. in Thuringia & Wetteravia &c. Prope tophistratas Mühlbergae & Vippaci in territorio Erfurthensi, magna terrae tophaceae copia, farinae albae instar, iacet, & consimilis in aliis regionibus rara est. Haec, tamquam pura terra calcaria, calcis coctioni egregie inservire, & in Medicina eundem, quem lac lunae, usum spondere posset. Villicos Mühlbergenses ea ad muros dealbandos uti, recordor.

Obs. Farina haec tophacea in dictorum locorum rivulis aqua soluta, pulveris instar, herbas aquaticas ripis adnatas involvit, quae, dein, aquis sub aestivo calore decrescentibus, indurescens elegantissimas earum incrustationes format. Ipsorum rivorum fundus, eadem terra tophacea replenus, acsi farina dealbatus atque obsitus esset, speciem prae se fert.

§. LXXXI.

Terra margacea ex partibus calcariis atque argillosis ita mixta est, Marga.

argillae bona quantitate sufficiente; ceteroquin in lapidem calcarium duriorem concrevisset. Etiam ex lapide calcario molliori vel margaceo, simili ratione mixto, atque in aëre & in aqua dilabente oritur; qui scil. a lapide calcario vulgari duriori sola mollitie differt. Quo plures atque puriores particulas calcarias marga continet, eo praestantior est. Vbi vero heterogeneae partes v. c. arenosae, martiales & c. ei admixtae sunt; tunc ipsa impura deteriorisque conditionis dilabitur. Substantiam mediam inter argillam atque cretam (cur non potius inter calcem & cretam?) margam Cel. Geoffray in materia medica tom. I. p. 71. nominat. Sed lac lunae atque medullam saxorum huc referens, hallucinatus est; illa enim merae calcariae & haec vt plurimum argillosae indolis est; de qua paullo inferius vlteriora dicam.

§. LXXXII.

Eius vsus. Margae vim absorbentem, [illegible] [illegible], [illegible] atque [illegible] attri-

attribuentes, eam ad lac augendum, dysenteriam atque tenesmum tollenda, vlcera siccanda, atque nimias excretiones sistendas, commendant. Verbo dicam, vt terra calcaria, cum aliquali argillae parte mixta, & sic satis pura, acrimoniam involuendo & siccando egit; consimiles ergo, vt alia remedia absorbentia, quae tamen tanquam puriora praeferimus, effectus spondere poterit. Metallis fundendis, calci vivae coquendae, huiusque aquae parandae apprime inseruit, huiusque egregium in vtraque Medicina vsum esse, inter omnes constat.

§. LXXXIII.

Cretam albam margam esse, in dispensatorio Wurtembergico p. 114. recte quidem iudicatum est; sed cum parte argillosa abundet; deteriorem eius speciem constituit, vehementiorique igne exusta, nonnisi viliorem calcis vivae speciem largitur. In Anglia, Dania, Gallia, Germania, in seriei testaceo-calcariae ordine reperitur, similemque ratio- Creta alba.

majorem, ad lapidem, accedentem, quam marga ad calcariam habet. Petrificata marina, maxime conchae indolis, in ea contineri, supra relatum est.

§. LXXXIV.

Eius usus. Respectu partium calcariarum terra acidum obtundit, atque ob eas, & ob argillas involvit & quodammodo roborat, vel eadem fere, quam terra margacea atque calcaria vulgaris, praestat; hinc ad species discretae Mynsichti, & ad morsulos contra stomachi acredinem, requiritur. Si pura, nec particulis arenosis vel corneis inquinata est; nihil habeo, quod contra hos usus moneam; licet absorbentia ex regno animali desumta aliquanto meliora ac praestantiora esse, lubentissime concedam.

CAP.

CAPVT III.

DE

TERRIS ARGILLOSIS.

§. LXXXV.

De terris argillosis, sive bolorum, terrarum sigillatarum, aliove nomine veniant, id generatim monendum est, eas, ob contagii arsenicalis metum, non ex seriei petrosae cryptis, vel venis metallicis, licet ibi tenerrimae sint; sed ex seriebus argillaceis, scissili rubra atque alba, colligendas esse; in has enim nulla dicti contagii suspicio cadit. Earum puritas.

Schol. Terris argillosis extraneis v. c. Lemniae aliisque plus virtutis, quam indigenis, attribuere, prorsus ridiculum est; modo purae sint atque tenerae, tunc perinde est, an Hierosolymis erutae sint vel Vlubris.

§. LXXXVI.

Bolus alba est argilla tenera, macra, friabilis, manus inquinans, par- Bolus alba.

ticulas

ticulas martiales continens. In ſerie ſciſſili alba atque in argilloſa deprehenditur. Virtus involvens, adſtringens atque exſiccans ei adſcribitur, eamque venenis mederi, veteribus perſuaſum erat; hinc antidotis quibusdam v. é. Diaſcordio Fracaſtorii fuit addita. In intertrigine, & vbi leniter exſiccandum eſt, externe eam adhibent. Cum aceto atque nitro in cataplaſmatis formam redactae vſus ad haemorrhagias ſiſtendas praecipitur. Vbi, tamquam remedio terreo involvente ac roborante, ea moderate, vti velis, me non invito, id facere poteris; caeterum abſorbentibus animalibus affectum involventem meliorem, ſalsim eandem, obtineri poſſe, certum eſt.

Schol. Terrae argilloſae maerae, minus inquinantes, veteribus bolorum nomine veniebant.

§. LXXXVII.

Terrae ſigillatae. *Terrae ſigillatae* ſunt argillae tenerae, purae, bolis pinguiores, in orbiculos formatae, & ſigno quodam

dam notatae, a quo sigillatorum epitheton illis additum est. Vario colore, nimirum albo, & a particularum martialium minore maiorive admixtione, flavo, viridescente, fusco, vel rubro tinctae sunt. Inferiori fissilis albae ac rubrae duo non argillosae stratis exterioribus obviae sunt, ibique tutissime essodiuntur. Nihil ceteroquin refert, an indigenae vel extraneae v. g. Silesiacae, Melitenses, Lemniae atque Turcicae sint. Purae quidem, & sevi animalis speciem prae se ferentes, saepius inveniuntur; quando autem arenulis inquinatae sunt, tunc earum lotione atque depuratione opus est.

Obs. In Wetteraviae monticulis argillosis, eiusque latissimis vallibus, v. c. Laubaci, haud procul a Monasterio ad pontem, qui a Cattis nomen traxit, (*ohnweit Münster, bey der Hessenbrücke*) atque in valle Schwalheimensi, ad Horlosam, magna purioris terrae sigillatae copia deprehenditur. In dicta valle integrum eius stratum, perdicam & quod excurrit altum, terebra maiori, qua ad sca-

turriginum profundarum detectionem vltimar, perfossum est.

§. LXXXVIII.

Albae vsus.

Terrae sigillatae albae vim acria obtundentem atque bezoardicam attribuunt; quae posterior nonnisi remote intelligenda est; dum scilicet, acrimoniam involvendo, spasmos mitigat, & sic viam pandit excretioni periphericae. In diarrhoeis acribus, dysenteria, venenis assumtis, animalium venenatorum morsibus, febribus malignis, ipsaque peste illam, & consimiles in vsum veteres traxerunt conf. Cel. Dominus Geoffroy in mater. med. tom. 1. p. 71. Moderatum eius vsum non improbo & similia ab aliis absorbentibus praestari, iam aliquoties monitum est.

§. LXXXIX.

Lithomarga.

Sinus atque cavitates nonnulli lapides in se continent, id quod a fermentatione quadam, vel inaequali exsiccatione, illis accidisse, arbitror. In eiusmodi cavaminibus

terra

terra in lapidem fere concreta haud raro latet, & eiusdem indolis cum ipso lapide; non autem cum eo concreta est, eiusmodi terram *lithomargam*, *medullam saxorum*, nominant; quia in his, sicut medulla in ossibus, contenta est. Lithomargam variae indolis v. c. petrosam, argillosam, margaceam, lutosam, pro diversis sedibus suis esse, ex dictis clarum est; vt plurimum tamen argillosa natura gaudet; cum lapides argillacei ad eius productionem, prae aliis, idonei, & inter reliquos maxime communes sunt. Prout igitur eius natura est, talis quoque vsus spondetur, ita vt modo argillae, modo margae, vel luti, vices explenere queat; vitreae autem indolis existens vsibus medicis inepta est.

Obs. Argillam fermentationem quandam subire, totamque saepius porosam fieri, ac deinde indurari, multoties observatum est. Hoc modo *Argillodes porosus* (*Traß*, *Lungenstein*) generatur, in Hassia superiori pluribus in locis obvius. Metallorum mineras simili ratione

nasci, in metallorum venis saepius a me aliisque visum est: argilla tenera fermenti instar effervescit atque porosa fit, pori a vaporibus subterraneis glutine & pulvere quodam minerali ex parte, vel in totum, repleentur, & sic imperfecta vel perfecta indurescit, mindera.

§. LXXXX.

Autorum sententiae.

Dispensatorii Wurtenbergici meritissimi scriptores Lithomargam p. 4. substantiam solidam, coloris ut plurimum grisei, pinguem, lubricam, adstringentis saporis atque virtutis, nominant, sed terrae speciem non indicant; eos hac descriptione argillam griseam denotasse, suspicor: at saepius colore albo praedita est, &, nisi particulas martiales possideat, vis adstringens ei proprie non competit. Eam margam induratam esse, Cel. Loeseke l. c. p. 226. asseruit, quocum Cel. Geoffray l. c. tom. I. p. 71. consentit; quae autem sententia particulariter sumta vera, vniversaliter enunciata, erronea est.

CAP.

CAP. IV.

DE TERRIS ARGILLOSIS METALLICIS.

---

§. LXXXXI.

Argilla tenera, macra, manus inquinans, plus minusve particulis martialibus ditata, colore ex flavo rubro, rubrove praedita, boli rubrae nomen accipit. Seriei argillosae atque scissilis rubrae civis est. In serie petrosa eiusque cryptis ac venis metallicis quoque deprehenditur; sed hic subleſtae fidei est. Bolus rubra, si pura est, non curamus, an Armenia, Germania, Bohoemia &c. eam produxerit. Bolus rubra.

§. LXXXXII.

Bolus rubra, ob analogiam cum reliquis terris coloratis, rei pictoriae inservientibus, etiam rubrum montanum (*Berg-Ruth*) dici posset; saepius quoque inservit pictorum vsibus. In pharmaciis, ob virtu- Eius vsus.

tem involventem atque adſtringentem, qua manifeſto gaudet, vnguentis ac emplaſtris adſtringentibus additur. In ſpiritus ſalis atque nitri deſtillatione Chemici illam quoque interdum adhibent. Ceteroquin non tam medicis, quam veterinariis, in vſu eſt.

§. LXXXIII.

Terra ſigillata martialis.

Argilla tenera, pinguis, particulis martialibus feta, flava, fuſca, rubra, in orbiculos coacta, ſignoque munita, *terra ſigillata* flava, fuſca, rubra, vel *martialis* dicitur. In ſeriebus argilloſa atque ſciſſili rubra innocua ſatis copioſe deprehenditur. In petroſa autem latenti nullam fidem habeo. Vel iam natura ſua ſatis pura atque tenera eſt, vel a particulis heterogeneis terreſtribus lotione ſecernitur. Patria, vt in reliquis terris, indifferens eſt, nec Lemniam, Turcicam, aut Strigonienſem praeſtolor. Etiam de hac virtutem abſorbentem, adſtringentem atque bezoardicam praedicant. Theriacae Andromachi Lemnia additur.

ditur. Virtus ejus adstringens notoria est, caeterum de huius terrae usu, eadem quam de similibus terris iam propositis, sentio.

§. LXXXXIV.

Ochra, flavum montanum, (Ocher-Gelb, Koller Farbe, Berg-Gelb) est argilla vel terra lutosa flava, macra, digitos inquinans, terra martiali impragnata. In serie argillosa atque lutosa hospitatur, & pictoribus atque coriariis, ad coria tingenda, inservit. Ochra.

Obs. In stratis argillosis permultos globulos flavos, friabiles, nil nisi Martis ochram continentes, pluribus in locis, v. c. in comitatu Laubacensi, Lichensi, & praefecturis Hassiae superioris Grunbergensi, Blanckensteiniensi &c. vidi, qui ex pyrite destructo, aliave martis minera dilapsa, orti esse videntur, & a terris flavis, seu flavo montano, ochri martialis puritate differunt.

§. LXXXXV.

Rubrica naturalis est argilla compacta, macra, digitos inquinans, Rubrica.

 multo

multo Marte praedita; rubra, a bolo rubra nonnisi maiori terrae martialis quantitate distans. In montium petroforum venis, atque serie scissili rubra, domicilium suum habet. Marga martialis, pro qua in dispensatorio Wirtenbergico p. 4. habetur, non est; cum neutra dictarum serierum margam unquam contineat, nec rubrica naturalis margae notas exhibeat. *Rubrica artificialis*, ex terra martiali, sub vitrioli vel aluminis coctione residua, praeparatur, & huic quandoque aliquid margacei admixtum esse potest; dum dicti sales styptici subinde ex lapide scissili margaceo coquantur. Margae ochraceae rubrae Linnaei nomen huic, non autem naturali argillosae, competere potest.

Obs. I. Rubricae naturalis textura per raro fibrosa, atque inolitho similis est; attamen hoc modo structam atque petrae innatam vidi.

Obs. II. Bolus rubra, rubrica naturalis, minera martis argillosa rubra mollior, & haematites, nonnisi modo

seu particularum martialium quantitate, duritie & quandoque structura, differre, videntur.

§. LXXXXVI.

Ob liberale Martis consortium Rubricae vis adstringens merito attribuitur; hinc contra dysenteriam nimiasque haemorrhagias ab imperitis temere adhiberi assolet. Moderatus eius vsus externus, vbi exsiccatione vel adstrictione opus est, in cataplasmatibus atque emplastris ferri potest. Magis tamen Mechanicis atque pictoribus, quam Chirurgis, in vsu est. Eius vsus.

§. LXXXXVII.

Viride montanum, terra viridis, est argilla viridis vt plurimum marte, interdum venere aut vtroque tincta. In dispensatorio Würtenbergico p. 4. ochra venerea, veterum Chrysocolla, vocatur; sed haec, ex chalcopyritis destructis orta, *ochra cupri viridis* (*Kupfer-Grün*) est, & ab argilla viridi, seu viridi montano, differt. Vtroque pictores, & ochra cupri viridi, Viride montanum.

sicuti aeris aerugine, Chirurgi vti possent.

Schol. Terra viridis Veronensis est argilla veneris ochra tincta, & pigmentis encaustisque adhibetur.

§. LXXXVIII.

Coeruleum montanum.

Coeruleum montanum (*Berg-Blau*) est argilla coerulea, particulis ferreis et cupreis tincta, ac pigmenti vices explet. Hoc a *veneris ochra coerulea* pura (*dem Kupfer-Blau*) quoque distat. In cupri metallis petrosis, argilloso-scissilibus, atque calcareis invenitur, & vna cum viridi aeris ochra chalopyritarum venis admixta est.

CAPVT VII.

DE LAPIDIBVS VITREIS.

---

§. LXXXIX.

Lapides vitrei.

Gemmae, Pseudogemmae, crystallus montana, quarzum, silices atque

atque Semigemmae, arte comminuta, nonnisi vitreae indolis pulverem, in humoribus nostris haud solubilem, constituunt: ergo, quid, quid etiam de ingentibus eorum virtutibus, propter sulphur metallicum, & relationem quam ad sidera habere credebantur, & de splendoris mutatione, prout res secundae vel adversae acciderent, veteres fabulati sint, eorum in medicina vsum prorsus reiicio, illaque e pharmacopoliis, magna invtilium atque superfluorum copia laborantibus, proscribenda esse, censeo. Idem iam plures viri in arte salutari experientissimi iudicarunt, ex quibus nonnullos tantum, testimonii caussa, citabo.

§. C.

De his Cel. Wurtenbergensis dispensatorii scriptores sequentem sententiam p. 11. tulerunt: Gemmis officinae pharmaceuticae carere possunt; siquidem vix alium effectum, quam silex, in corpore humano praestent; vitra enim sunt quasi

Dis-pens. Wur-tenb. script.

quam indissolubilia, vix aquis stygiis obedientia; vnde facile etiam hospes in medicina prospicere potest, quid ab earum vsu expectari queat? Respectu praeparationis illarum Pharmacopoeos quoque commonent, vt ignitas ac frigida extinctas in mortariis ferreis, non autem aeneis, contundant, atque vt a vitris Saturno inquinatis, ac pro gemmis venundatis, sibi caveant.

§. CI.

Ludovici sententia.

Cl. Dn. Dan. Ludovici in pharmatia moderno saeculo appicanda diss. 1. de diaphoreticis mineralibus p. m. CCCXXI. ipsae gemmae, inquit, huc vel in alios vsus tractae, aurifabrorum officinis profecto aptiores existunt, & p. 221. ait, quod fere granulari tantum pondere, in complurium doses assumantur, & vt plurimum longe salubrioribus vegetabilibus obruantur, in alexipharmacis & cordialibus illis speciebus, de gemmis calidis & frigidis, electuarii contra pestem, liberantis, confectionis cordialis, de

Hya-

Hyacintho famosioribus, cordialibus temperatis, &c. officinalibus, vt & in pulveribus Pannonicis, ac consimilibus variationibus, nemo non videt; & proinde effectum, maximam partem, aliis potius ingredientibus adscribere, posset.

§. CII.

Cl. Dn. Loeseke *in der Abhandlung der auserlesensten Artzneymittel* p. 527. crystallus montana, inquit, a nonnullis, vt remedium absorbens, lac augens, imo & analepticum adhibetur; cum tamen substantia eius adeo dura sit, vt a spiritibus acidis, nedum a primarum viarum liquoribus, haud solvatur. Non satis comminuta aculeis suis, veneni mechanici instar, intestina laedere potest. Idem de aliis lapidibus pretiosis, adamante, rubino, sapphiro, topasio, smaragdo, hyacintho, sarda, granato, iaspide aliisque valet, quae in formulas pretiosas, quibus, sine omni ratione, vis analeptica tribuitur, assumuntur. In harum enumeratione D. Loeseke sententia.

etiam

etiam carneoli meminit; sed hunc atque sardam vnam eandemque semigemmam, nimirum lapidem corneum teneriorem rubrum denotare, supra monui.

§. CIII.

Dn. Geoffroy testimonia.

In horum sententiam Cel. Dn. Geoffroy in mater. med. tom. 1. p. 76. quodammodo ivit, ex tot lapidum generibus inquiens, pauci in vsum medicum veniunt; licet quam plurimis virtutes insignes tribuantur; quae quidem encomia hominum credulitati potius, quam genuinae experientiae, debentur; in qua quidem re cum illo maxime consentio: miror autem, quod ab hac sententia p. 96. iterum recesserit, gemmae, inquiens, non sunt levi de caussa ex pharmaceuticis compositionibus, iam longo vsu receptis, diuturniorique ac felici experientia comprobatis, proscribendae; cum suae sint vnius cuiusque virtutes, de quibus non satis nobis constat; quoniam plurimae, quae de his praedicantur, incertae sunt

aut

aut commendatiae. Dein eodem loco sequenti ratione pergit: ope caloris & liquoris gastrici non quidem pars gemmarum crystallina, attamen sulphureo-metallica, solvi potest; quem ad modum nonnulla v. c. smaragdus, prunis impositae colorem amittunt.

Schol. Principium metallicum lapidibus calcareis immixtum uti ex lapidis Armenii effectibus videmus, non autem vitreis additam, ab humoribus nostris solvi potest. Virium etiam laudes nil nisi subreptionis vitia sunt, & amissio coloris in igne longe alia res, quam ventriculi nostri actio est. Posito autem, sed non concesso, principium istud sulphureo metallicum digestionis ope liberari posse; quae illius erit quantitas & quosnam effectus exeret?

§. CIV.

Rubinum vim bezoardicam possidere, venenis resistere, cor roborare, ac laetificare & melancholiam fugare, veteres falso crediderunt. Hanc ob caussam theriacae coelesti, pulveri bezoardico Sennerti, Rubini vsus imaginarius.

menti, & Pannonico rubro additus, & in febribus acutis malignis in usum vocatus fuit; sed quam vana haec sint, ex praecedentibus satis clarum est.

§. CV.

Sapphiri. Consimiles vices, nimirum, venenis resistendi, cor recreandi, & nequid desit, oculorum morbis, *ob* colorem coeruleum scilicet, intestinorum vlceribus medendi, sapphiro detulerunt. Quinque lapidum pretiosorum fragmenta, species de hyacintho, cordiales, temperatas, de gemmis frigidas, confectionem de hyacintho, secundum veterem formulam, pulverem bezoardicum Sennerti & Pannonicum rubrum ingreditur; quam frigida autem haec sint, prudentiorum nemo non videt.

§. CVI.

Topasii Topasio haemorrhagias sistendi, phrenitidem atque epilepsiam solvendi, & propter vim suam solarem, cum auro enim respectu coloris quodammodo convenit, cor

atque

atque intellectum confortandi, melancholicos ... pellendi ... magno ... fane ... Ama-chyd ... hellebori ... Amyrsi ... l. 37. c. 8 ... eandem ... ve-

§. CVII.

... ob elegantissimum ... Smaragdi ... colorem ... eximiae virtutes, roborandi scilicet, sanguinis & seri profluvia cohibendi, ac febri pestilentiali medendi, adscriptae ... feruntur igitur ... veterum formulis admixta sit, oppido apparet: nimirum ... quinque lapidum pretiosorum fragmentis, confectioni ac speciebus de hyacintho, speciebus de gemmis frigidis, cordialibus temperatis, pulveri Mantuano, Pannonico rubro, bezoardico Sennerti, puerorum completo, contra terrorem gravidarum, specifico cephalico Schroederi, & magisterio antepileptico additur.

 §. CVIII.

nerti, & Pannonico rubro additus, & in febribus acutis malignis in usum vocatus fuit; sed quam vana haec sint, ex praecedentibus satis clarum est.

§. CV.

Sapphiri. Consimiles vices, nimirum, venenis resistendi, cor recreandi, & nequid desit, oculorum morbis, ob colorem coeruleum scilicet, intestinorum ulceribus medendi, sapphiro detulerunt. Quinque lapidum pretiosorum fragmenta, species de hyacintho, cordiales, temperatas, de gemmis frigidas, confectionem de hyacintho, secundum veterem formulam, pulverem bezoardicum Sennerti & Pannonicum rubrum ingreditur; quam frigida autem haec sint, prudentiorum nemo non videt.

§. CVI.

Topasii. Topasio haemorrhagias sistendi, phrenitidem atque epilepsiam solvendi, & propter vim suam solarem, cum auro enim respectu coloris quodammodo convenit, cor atque

atque intellectum confortandi, me- [illegible]

[illegible] l. 37. c. 8. [illegible]

eandem illorum [illegible] fidem, [illegible]

[illegible]

§. CVII.

Mirum, ni, ob elegantissimum colorem, smaragdo eximiae virtutes, roborandi scilicet, sanguinis & seri profluvia cohibendi, ac febri pestilentiali medendi, adscriptae essent: caussa igitur, cur tot veterum formulis admixta sit, oppido apparet; nimirum quinque lapidum pretiosorum fragmentis, confectioni ac speciebus de hyacintho, speciebus de gemmis frigidis, cordialibus temperatis, pulveri Mantuano, Pannonico rubro, bezoardico Sennerti, puerorum completo, contra terrorem gravidarum, specifico cephalico Schroederi, & magisterio antepileptico additur. Smaragdi.

§. CVIII.

Amethysti. [illegible] purpureo colore [illegible] amethystus, nullis namque [illegible] [illegible] agendo [illegible] ipsi [illegible] [illegible] Magi [illegible], [illegible] Plinio l. 37. c. 8. rem serio egisse [illegible] eandem illorum enim fidem, non ebrietati solum, verum etiam veneficiis resistit; nonne operae pretium esset, propter illam virtutem, remedium hoc, quasi postliminio in novos usus revocare? Teste Dn. Ludovici [illegible] Amethystus, Topazius atque Rubinus per se hodie [illegible]iores sunt, eaque de caussa minores hactenus Vulcani tentationem quoque subierunt.

§. CIX.

Hyacinthi. Cum hyacintho non floridus, sed fulvus color tantum [illegible], non potuit non frigidas [illegible] esse: hoc tamen non obstante, spasmis sopiendis, somno conciliando, cordi aliisque partibus roborandis par habita fuit; hic vero de caussis quinque lapidum pretiosorum fragmentis, confectioni & speciebus de

[illegible]
pulveri [illegible] cardia-
co [illegible], atque cordiali pretio-
so addidisse [illegible]. Hanc aquae [illegible]-
rum, tum intus per se, tum in so-
lutionibus deliquescentis aut essentiae
formibus liquoribus datas, longe
probabiliora [illegible] animalis vel
fossilis diaphoretica non superare,
[illegible] Dn. [illegible] l. c. p. 322.
[illegible] asseruit.

Schol. Haustulum generosioris vini, vel carnis jusculum, plus virium, quam magnam confectionis de hyacintho quantitatem, largiri, Dn. D. S. Rotarius, Medicus Veronensis, in peculiari tractatu MDCCXVII. edito, stabilire, haud dubitavit.

§. CX.

Chrysolithus, si decus ac virtus in vocabulo quaerenda sunt, ingentes virtutes possidere, necesse est; teste Cardano, melancholiae auxilio fuit; theriacae coelesti additur, & ea deorum imagines umbrasque inferorum evocari, atque teneri posse, olim creditum est. Miror igi- Chrysolithi.

[illegible]

[illegible] smaragdi virens mare, & [illegible] haec incredibili mistura esse, supra ostendi. Quid autem [illegible] rei negotio inde cogi potest, quam quod, ex veterum quorundam iudicio, omnium gemmarum virtutes habeat. Cur igitur, omisso pretioso gemmeo suppellectili, haec non sola pro sacra anchora habetur?

Opali.

§. CXII.

Granati.

Granatos, ob martiale principium, virtutem roborantem habere, cordis palpitationem tollere, & sanguinis sputum coërcere, veteres perhibuerunt. Quo modo etiam melancholiae simul medeatur, tam

[illegible] pretiosam [illegible]
ipsi [illegible]! [illegible]
[illegible] longe [illegible] quin possit
in Ma[illegible]
rere, laudatus Dn. Geoffroy l. c.
tom. 1. p. 91. contendit. Quinque
[illegible] pretiosorum fragmenta, Frag.
[illegible] chemicam [illegible] V. lap.
[illegible] pretios.

CXIII.

[illegible], quam secunda fortuna, [illegible] Sardus.
ter [illegible];
[illegible]
[illegible] gratiam
[illegible]
esse [illegible] album singulis [illegible]
[illegible] sistere, [illegible]
animum exhilarare, timorem pel-
lere, audaciam praestare, fascina-
tiones prohibere, [illegible] con- Pluri-
tra quaevis venena [illegible] mum
[illegible] non solum [illegible] lapidum
pretiosorum fragmenta, [illegible]
species de gemmis frigidas, & pul-
verem [illegible] Gutmanni exor-
[illegible] Teste Dn. Ludovici [illegible]
323. Granatus, Sardus, & [illegible]

 adhuc

[illegible] [illegible] quod pingi-
tuq; in foliis [illegible] ac specialibus liberalibus [illegible] saepius inveniuntur. M[illegible] rore; laudatus Dn. Geor[illegible] l. c. tom. 1. p. 91. [illegible]

CXIV.

Fragm. V. lap. pretiof.

[illegible] singularis [illegible] singulis [illegible] gemmae [illegible] fuerint [illegible] vis unita non poterit non [illegible]; hinc quinque lapidum pretiosorum fragmenta, superpondii loco, in officinis habemus; quo, granatus, hyacinthus, sardius, smaragdus, et quae sapphirum [illegible] pertinent, in hanc [illegible] sine ingenii [illegible] & [illegible] pharmacopoliis illa [illegible] pulveri Augustinorum, hysterico [illegible] adjicientesq; [illegible]

CXV.

Fluorum crystallin.

Ne [illegible] gemmae verae [illegible] ci-[illegible] infervientes, solae Vulcani atque Neptuni injurias patiantur, & sic male pereant; Pharmacopoei saepius cavere solent; qui a lapidariis decepti, gemmarii enim non sunt, alios iterum bona fide [illegible], vel ipsimet pretio parcentes,

topazes, vitri gemmis fluores cry-
stallinos coloratos, imo quandoque
vitra tincta, substituunt. De his du-
bitantes ipsimet pharmacopolia in-
grediantur, ibique sub gemmarum no-
mine asservata habebunt.

Schol. I. Teste Cel. Io. Henr. Schulzio in mater. med. p. 105. in nonnullis officinis sapphiri fragmenta plane opaca, nigredine obscurantia, prostant; inquirendo cognosces, esse Martis mineram ex fluminum arenis collectam, in quibus nihil a reliquis martialibus diversum exspectes.

Schol. II. Respectu gemmarum artificialium curavit Dispensatorii Wirtenbergici Autor a p. 13. pharmacopoeos admonere, ut sibi prospiciant, ne pro genuinarum gemmarum fragmentis, fluores, sive vitra & gemmas artificiales, saturno infectas, emant; quod quidem facile ex duritie, quam genuinae sibi propriam habent, & qua falsae distinguuntur, cognosceretur.

§. CXVI.

Crystallo montanae vitro aequali aequo Linn. virtutem absorbentem, adstringentem atque li- Crystalli montanae.

 thon-

[illegible] inscribitur, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sed [illegible] [illegible] solubilitas [illegible] perti-neat, Dni [illegible] citatum §. CIII. citatam etiam meam facio. Ab illa crystallus calcaria in Islandia, Helvetia, Thuringia &c. occurrens, differt, & eosdem quam spathum calcarium effectus in corpore animali profert.

§. CXVII.

Silex. *Silex*, propriam lapidum speciem haud constituens, a figura sua nomen traxit; quando scilicet lapidum duriorum v. c. quarzi, iaspidis, lapidis cornei, petrae fragmenta diutius in aqua provolvuntur; angulos suos attritu amittunt, & figuram rotundam, vel huic aemulam, acquirunt. Sensu ergo latiori sumtus quemlibet lapidem durum dicta forma gaudentem [illegible] sensu speciali ori frustra [illegible] quarzosum vel cry-stallina diaphana, vel semi [illegible]

in [illegible] Pu-
riores ac pellucidiores, qua illis opus est, reliquis praestant. Cur e fluviis collectus prae reliquis laudetur, [illegible] atque [illegible], illud aquarum torrente aeque advecti sunt, [illegible] extrinsecus illis adhaerentes aqua facile abluuntur, vel firmius adhaerentes abraduntur.

§. CXVIII.

Quae respectu vsus medici de crystallo dicta sunt, etiam de silice pellucido valent. Liquor silicum nil nisi oleum tartari per deliquium particulis terreis inquinatum est, qui, teste Cel. Hombergii experimenta, solutionibus metallicis praecipitatus, varias vegetationes metallicas, duraque magmata, lapidum genesi lumen aliquod affundentia, producit. Vid. Cel. Neumannus in praelect. chem. p. 1600. Illos igitur, optime iure, ad metallurgos vitriariosque amandamus, qui illos optimum in vsum, metalla semi- Eius vsus.

DE LAPIDIBVS ARGILLOSIS.

§. CXXI.

Aetites *Aetites* (*Adler-Stein, Klapperstein*) ab aquila nomen habens, quod in earum nidis quandoque reperiri credatur; figura ad rotuditatem acedente, atque structura sua ab aliis lapidibus distinguitur; ex variis enim crustis lapideis compositus, intus cavus est, aliumque parvum calculum, sonitum ad conquassationem edentem, in se continet. Aetites embryone lapilluloso Linnaei. Plinius in hist. mundi l. 36. c. 21. huic, inquit, in alvo lapis est, qui callimus vocatur. Vbi lapilli loco terram in sinu suo fovet, Geodes, lapis bezoardicus fossilis, dicitur. Vt plurimum quidem argillosae, & interdum martialis, indolis est, & hac de caussa in argillaceorum classem illum retuli: attamen etiam petrosae,

mar-

[illegible] scilicet [illegible]
[illegible] in qua generari sunt

§. CXXII.

Nihil sane de illorum usu effari potest, nisi ante illorum natura determinata sit. Vis involvens atque adstringens illi vulgo conceditur; sed hoc nonnisi de argilloso atque martiali verum est. Quomodo autem, hac facultate praeditus, simul partum promoveat, non intelligo; recte igitur Dn. Ludovici l. c. p. 789. hoc de illo iudicium tulit: nec aetiten cum geode aliqua requirit necessitas; nam Lucinarum nostrarum hyperbolicae persuasiones claudicant. Hunc lapidem cum sardo pulverem Gutmanni stegnoticum ingredi, notum est. Quantum autem, his terreis [illegible] numero pharmacopolia nostra abundant? — Eius usus.

§. CXXIII.

Nephriticus lapis nil nisi steatites viridis est; cui aliorum colorum maculae atque striae, quandoque ad- — Nephriticus lapis.

[illegible] Ex tenuis argilla compositus est, coloremque a particulis martialibus recipit. Ob partium tenuitatem [illegible] tactum laevis, & quasi pinguis est. In igne, ut alii lapides argillacei [illegible], maiorem duritiem acquirit; vid. [illegible] *Natur-Geschichte des Mineral-Reichs* p. 529. Conf. Wallerium [illegible] p. [illegible] illum [illegible] speciem [illegible] esse contendit. [illegible] Eum lapidis [illegible] [illegible] speciem esse, in [illegible] Wirsenburg [illegible] p. [illegible] legimus. In pharmacopoliis varios [illegible] [illegible] sub hoc nomine asservari, quidem verum est; sed [illegible] a vero lapide nephritico differunt.

Usus.

§. CXXIV.

Usum superstitiose illi attribui, ex ipso titulo apparet; sed nunquam calculum, sive in pulverem redactus deglutiatur, sive regioni lumborum, secundum credulorum praecepta, alligetur, calculum comminuet, atque e corpore expellet; ne minima enim ratio adduci potest,

est, propter quam [illegible] lapis [illegible]ceus lapidem tartareum, in renibus vel vesica natum, solvere possit.

§. CXXV.

Vitrum Ruthenicum, Russisches Frauen-Glass, argyrolithos, lapis specularis, est lapis micaceus, ex teneris lamellis scissilibus, pellucidis, splendentibus constans. Vt plurimum albo, subinde flavo, fusco aut viridi colore praeditum est. In igne splendorem suum amittit, eiusque lamellae quodammodo dehiscunt. In Bohoemia, Polonia, Suecia, Russia, Sibiria &c. occurrit. Antispasticum atque antepilepticum, forte ob virtutem absorbentem, esse creditur, & pulveri marchionensium albo admiscetur. Aluminis [illegible] nomen ei minus recte imponitur; nullam enim cum alumine affinitatem habet. Dn. Ludovici l. c. p. 791. lapidem specularem ait, inter tot, dolentes atque epilepticos certius iuvantia, Russorum fenestris relinquamus. Recte etiam soli mechanico vsui dicatur.

Vitrum Ruthenicum.

Schol.

Schol. Vitrum Ruthenicum, cum Aphroselenite, glacie Mariae, seu gypso lamelloso pellucido, dem sogenantigen Frauen-Eiß, non est confundendum, cum diversa vtriusque natura sit, atque ad diversa lapidum genera pertineant; de hoc autem paulo inferius agam.

§. CXXVI.

Talcum. *Talcum* particulis impalpalibus, diaphanis, molliusculis, convexis, fissilibus Linn. ad lapides micaceos quoque referendum, ex squamulis teneris, inter se quasi contortis constructum, &, ob partium tenuitatem, ad attactum quasi vnctuosum est. Vario colore, nimirum albo (*Silber-Talck*) flavo (*Gold-Talck*) griseo, viridescente, rubescente & nigrescente gaudet. In Hispania, Gallia, Helvetia, Germania, Silesia, Bohoemia, Hungaria, Polonia, Russia, Svecia, Norwegia &c. invenitur. Venetum aliis praeferunt. Nec a liquoribus acidis, nec alcalinis, via humida, solvitur; quod autem particulis martialibus impragnatum est, co-

lore

lore flavo aquam regiam inficit. Talcum album, in igne refractarium, martiale in eodem fluxile est, illudque a salibus in igne diffluentibus fluxile redditur. Ab igne solari, in vitrum griseum vel fuscum mutatur. Subinde nondum induratum, vel forma terrea praeditum v. c. in Voigtlandia eruitur. Talcum lapideum impurum Talciten nominant.

§. CXXVII.

Eius vsus.

Talcum comminutum cosmetici vices explere posse, nonnulli perhibuerunt, imo oleum ex illo, eundem in finem parandum, promiserunt; sed fabulae sunt! nisi oleum tartari per deliquium, vel liquorem terrae foliatae tartari, huius lapidis moleculis inquinatum, hoc titulo exornare volueris. Dn. Ludovici l. c. p. 791. ita de illo iudicat: talcum relinquamus delicatulis; quo, post varias calcinationes, solutiones, digestiones, cum ipsis inconvenientioribus oleis, reliquisve sale tartari, nitro fixo, sale ammo-

nico, liquorem detergentem, aut, opinione tenus, quidpiam cosmetici, nanciscantur.

§. CXXVIII.

Asbestus. Lapidibus argillaceis tenuioribus *Asbestus, Trichites*, ex fibris parallelis, rigidis, fragilibus & vix separabilibus compositus, quoque adnumerandus est. Prout purus, vel cum particulis martialibus remixtus est, colorem album, griseum, flavescentem, viridem, rubescentem vel nigrescentem exhibet. Montium petrosorum stratis hinc inde interpositus est, v. c. in Hispania, Suecia, Germania, Bohoemia, Russia &c. Apud nos in praefectura Koenigsbergensi petrarum strata intercurrens cernitur. Martiales eius species per se in igne fluunt, aliis salium lixiviosorum additione fluxilitas conciliatur; nullae autem solis igni resistunt. Quando eius fibrae e centro, radiorum instar, ad peripheriam disperguntur, Asbesti stellati nomen recipit.

Schol. Asbestum atque amianthum aluminis, vel vitrioli mineras esse, per raro accidit; forte illa de caussa a nonnullis alumen plumosum vocatus est.

§. CXXIX.

Propter fibras acutas pungentes vngentis ad membra tabida a nonnullis additur; sed cum alia praestantiora rubefacientia habeamus, illo ad hos vsus non opus est. Propter vim siccantem in scabie atque capitis tinea extrinsecus istum nonnulli applicant; sed contra hos similesque morbos cutaneos internis mundificantibus, & externa seminis lycopodii aspersione melius pugnatur. Eius vsus.

§. CXXX.

Amianthus mollior atque levior Asbesti species est, ex fibris parallelis & papposis seu flexilibus constans. Consimilibus coloribus locisque natalibus, quam Asbestus, gaudet. Fibris papposis mollibus gaudentem Alumen plumosum nominant, de quo iam supra egimus. Aquae innatat, in igne friabilior, Amianthus.

vel si martialis est, fluxilis fit; quam ob rationem ex atque micis, originem argillosam praestantissimus autor anonymus in novae mineralogiae tentamine p. m. 110. rectissime attribuit. Ob flexilem fibrarum indolem fila, & ob constantiam in igne, papyrum incombustibilem ex eo conficiunt. In medicina illo carere possumus, & monente Un. Ludovici l. c. p. 790. quo neri tandem queat, experimentis curiosioribus recte relinquitur.

Schol. I. Amianthum (potius Asbestum) ex fibris rigidis pellucidis compositum, amiantum vitreum, *Glaß-Amianth*, nominant.

Schol. II. Lapidem apyrum molliorem, manus inquinantem & structura lamellosa vel fibrosa vel utraque gaudentem alumen plumosum nominari diximus; quorum terra Talcosa vulgarius similitudinis habet.

§. CXXXI.

Pumex. *Pumex* nil nisi asbestus porosus, levis, & igne subterraneo exustus est. A montibus ignivomis eiicitur, atque in illis locis, ubi Vulcanus olim desaevit, vel quo aquis

mar-

marinis congestus est, deprehenditur. Hanc eius originem viri acutissimi Agricola, Stahlius atque Pottius suspicati sunt, & Cel. Wallerius eum igneum asbesti porum rectissime nominat. Pro diverso asbesti colore, & ille vario colore, v. c. albo, griseo, flavescente &c. tinctum est. Ob levitatem aquae, inprimis marinae, innatat. In igne in vitrum durum mutatur, quod chalybi allisum scintillas agit. Frustum eius possideo, cuius dimidia pars, ab igne haud mutata, asbesti naturam retinuit.

§. CXXXII.

Virtutem exsiccantem, mundificantem atque adstringentem de illo praedicant; quarum haec martiali potissimum convenit. Albus pulveribus dentifriciis additur; sed terrea haec duriora gingivis atque vitreae dentium substantiae inimica esse, iam supra retuli, nec ad hunc finem destituimur multo melioribus. Eius vsus.

CAPVT IX.

DE LAPIDIBVS CALCARIIS.

§. CXXXIII.

Lapides calcarii. *Lapis calcarius* ex terra alcalina, ab osteocodermatibus marinis orta, atque argilla compositus est. Prout plus illius vel huius continet, eo melior vel deterior est. Colore albo, subflavo, griseo, rubescente, viridi, vel nigrescente gaudet, prout pura vel particulis metallicis feta est. Ab inflammabili nigrescens *lapis suillus* dicitur. Lapis calcarius pellucidus, lamellosus vel crystallinus, *spathi calcarii* nomine veniens, omnium purissimus est. Adeo durus, vt polituram admittat, *marmoris*, & adeo mollis, vt in aëre fatiscat, *margae* nomen recipit. Ex testaceis aquas dulces incolentibus, in partem vel in totum destructis, *tophus* concretus est. Lapis calcarius ex serie marmorea vel testaceo-calcaria

ria fumatus, tophus & spathum calcarium; modo non semper pura sunt: at ex serie calcario metallica erutus, particulis venereis, maculis coeruleis atque viridibus se prodentibus, saepius infectus est. Illos ad vnum omnes acidis effervescere, atque in igne in calcem vivam modo meliorem modo viliorem mutari, etiam vulgo notum est. Lapidem calcarium marmoris speciem esse, in dispensatorio Würtenbergico p. 8. asseritur, quae propositio vera fit, si illam invertimus.

Schol. I. Lapidis calcarii color niger a multi phlogisti admixtione vt plurimum pendet; ex qua specie bona calx viva quidem coquitur; sed, ob particurum inflammabilium impedimentum, cum acidis parum tantum effervescit. Alia quoque nigri lapidis calcarii impura sed rarior species, colorem ab argilla nigra accipiens, occurrit, qualem in comitatu Wittgensteiniensi effodiunt.

Schol. II. Spathum calcarium pellucidum in tribus montium calcariorum seriebus, maxime tamen in marmorea

atque calcario metallica, & quidem in illarum stratis exterioribus, deprehenditur.

§. CXXXIV.

Eius vsus. Lapidis calcarii, maxime impuri, internus vsus haud est commendabilis; cum pura ostreocodermata absorbentium vices multo melius sustineant. Calx viva lota in emplastrum defensivum, assumitur. Aqua calcis vivae in vtraque medicina polychresti vsus est. Ad saponem coquendum, & lapidem causticum praeparandum; illa quoque sali lixivioso additur. Aquam calcis vivae ex ostreocodermatibus cinefactis paratam, & ad Cel. R. Whyttii methodum exhibitam, calculosis prodesse, aliquoties expertus sum.

§. CXXXV.

Osteocolla. *Osteocolla*, *Beinbruch*, ob figuram fistulosam, ossa aemulantem, ita dicta, est tophaceae, vel margaceae, purae vel impurae indolis; interdum enim arenae admixtione inquinata est. Tophus calcarius cylindricus perforatus Linnaei. Ad arborem

atque

atque frutticum emortuorum radices, quibus formam debet, eruitur. Vt plurimum alba, interdum subflava vel grisea est. Dicti ortus ratio a Cel. D. Loeseke in materia medica p. 22. non autem lapidis natura, enarrata est. Ossa fracta illam consolidare, forte ob figurae similitudinem, a veteribus falso creditum fuit. Pulverem dentifricium cum moscho ingreditur; nihil autem praestat, nisi quod a topho vel marga expectari poterit.

Obs. Varii generis arbusculas in planitie limosa (*Moor-Erde*) ex semine producta, simulac eorum radices in substratam terram tophacem porrigerentur, ad vnam omnes periisse, memini: & hic purae calcis effectus circa arborum radices est.

§. CXXXVI.

Lapis spongiarum concretum salino-tophaceum, friabile, albicante vel griseo colore praeditum, est. Minores parvarum conchularum congeriem esse, Dn. Lemmery asseruit. Virtus absorbens atque diuretica illi

Spongiarum lapis.

illi in dispensatorio Wirtembergico p. 10. nec non ab aliis materiae medicae scriptoribus, non sine caussa, adscribitur. Eum strumis, nondum inveteratis, mederi, maxime si vires eius aliis pharmacis resolventibus augeantur, salva veritate, adstruitur. Forte salinarum tophus similia praestare poterit.

CAP. X.

DE PLANTIS MARINIS PETRIFICATIS.

---

§. CXXXVII.

Plantae marinae. Plures dantur plantae marinae, quae, incrustatorum tophaceorum instar, materia salino-calcaria, haud raro simul martiali, pedetentim obducuntur, qua durescente, vegetabilium lapideorum, *corallitarum* nomine venientium, formam accurate exhibent. Harum species cognituri mus, plantas marinas familiares sibi red-

reddat, eosque autores, a quibus Corallithologia tradita est v. c. Ill. Comitem Marsilium in histoire physique de la mer. Dn. Ferrandi Imperati in historia naturali, Colon. 1695. Ill. Linnaeum in amoenit. acad. Lugd. B. 1749. Dn. Io. Ellis in tentamine histor. natur. Corall. aliorumque productorum marinorum, quae in littoribus magnae Britaniae & Hiberniae reperiuntur. Lond. idiom. Angl. 1753. aliosque adeat. Polypis aliisque insectis aquaticis hospitium accidentale praebent; quem ad modum etiam in aquarum dulcium plantis, insectis modo non obsitis, videmus.

Schol. Lapideas has plantas a me aliisque ad regnum vegetabile referri, forte nonnullis mirum videbitur; cum nonnisi indolem lapideam prae se ferant: at nonne etiam lignorum petrificatorum omnium, plurimorumque incrustatorum par ratio est? Cum primum integram equiseti in tophum mutati tabulam Muhlbergae in Thuringia viderem, & acutius partes eius perlustrans, nil nisi plantae formam, atque lapidis materiam, viderem; Iovem lapidem iurassem,

[illegible] hoc concrementum non, ex regno vegetabili; ſed ex ſolo minerali ortum duxiſſe; niſi brevi poſt naturam in hoc ſuo incruſtationis atque petrificationis opera deprehendiſſem. Huc accedit, quod ſubinde pauca vegetabilis rudera illis adhuc omnino includantur v. c. teſtante Dn. Imperati l. 2. p. 808. corallium diſruptum interiora lignoſa quandoque viſenda praebet.

§. CXXXVIII.

Locus. Eiusmodi petrificata in quovis mari, maxime tamen, ubi materia ſalino-calcaria exſuperat, obvia ſunt v. c. in Baltico, Germanico, Atlantico, Mediterraneo, orientali. Tanquam veteris maris reliquiae ex montium calcariorum ſeriebus, maxime exterioribus earum ſtratis, in Italia, Helvetia, Gallia, Anglia, Germania, Suecia &c. eruuntur. Idem Ill. Linnaeus in amoenit. acad. vol. 2. p. 188. teſtatur, conferriſſimum, inquiens, coralliorum, conchyliorum & petrificatorum numerum, rupes calcariae tantum non omnes ſubminiſtrant.

§. CXXXIX.

§. CXXXIX.

Horum petrificatorum vegetabilium marinorum, praeter corallia rubra atque alba, in officinis quidem nullus vsus est; illa tamen eas his easdem vires, nimirum absorbentes, acidi qualescunque resolventes atque diureticas, & Marte feta etiam roborantes exserere; ex eorum partibus constituentibus clarum est. Ill. Linnaeus l. c. p. 189. in medicina, inquit, eadem absorbentia reddunt, eundemque vsum praebent, quem reliqua terrea dicta: sed vberiores tandem fructus fore confido, quum in fontem generationis atque intima horum corporum aditus patuerit. Vsus.

§. CXXXX.

Corallium, Gorgonia Plinii, Lithodendron Dioscoridis, herba marina fere lapidea ramosa, nullis foraminibus conspicuis pervia, Tournefortii; Millepora striis obsoletis flexuosis Linnaei, rupibus aliisque corporibus duris marinis lata basi adnatum, nec, vti nonnulli perhi- Corallium.

bent

bent solis ponti cavernis proprium, est. Variis quidem coloribus e. g. albo, luteo, fusco, nigro, variegato, frequentissime autem rubro tinctum est. Variarum machinarum, a Dn. Geoffroy in mat. med. tom. 2. p. 248. descriptarum, ope ab urinatoribus ex maris fundo atque cryptis eruitur, & tunc temporis crusta molli, manibus cedenti, tectum est. Cum acidis, maxime tamen cum nitri atque salis spiritibus effervescit, eiusque solutiones solis calori in vitris aliquamdiu expositae pulcram vegetationem ostendunt. Vires plantis marinis petrificatis generatim adscriptae etiam huic competunt.

§. CXXXXI.

Corall. album. *Corallium album*, seu Millepora alba striis obsoletis, flexuosis Linnaei, multo rarius, quam rubrum est. In officinis perraro & non nisi in pulveris forma adhibetur. Vna cum corallio rubro pulverem dict. margarit. frigid. & Pannonicum ingreditur. Ipsum autem corallium album perraro, sed eius loco Madre-

drepora simplex, ramosa, ramis teretibus, laevibus, tubulosis, lamellis integris Linnaei, seu Madrepora vulgaris Tournefortii, deprehenditur, quae fruticis, in trunci atque ramorum extremitatibus stellis notati, speciem prae se fert, ceteroquin respectu materiae a vero corallio albo nihil differt. Vid. Cel. Ios. Pit. Tournefort in instit. rei herbariae p. 572.

§. CXXXXII.

Corallium rubrum, Millepora rubra striis obsoletis flexuosis Linnaei, in mari mediterraneo, ad Corsicae, Sardiniae, Maltae, Balearidum, Hispaniae atque Africae oras, nec non teste Dn. Hasselquistio *in der Reise nach* Palaestina p. m. 76. in mari Erythraeo, copiose invenitur. Ad usus pharmaceuticos pulcre rubens, atque a sordibus liberum, eligitur. Ob admixtas particulas martiales, praeter communes vires, etiam tonicam habet. In igne cinefactum, vel in oleis stillatitiis coctum, colorem

Corallium rubrum

usus

[illegible] firmam exuit, [illegible] dictis oleis largitum.

§. CXXXIII.

Eius praeparata.

Ex corallio rubro magisterium, sal, tinctura atque syrupus a pharmacopoeis atque circulatoribus confici solent. Idem confectioni de hyacinthis, Londinensium pulveri ei chelis composito, nec non pulveri dysenterico admiscetur. & si verum fatendum est, solorum coralliorum pulvis, vel idem acido citri saturatus, plus virium naturalium exerit, quam reliqua ex iis arte parata, vel potius corrupta. Sal coralliorum ex menstruo acido & coralliorum particulis alcalino terrestribus demum oritur.

§. CXXXIV.

Eius tincturae.

Coralliorum tincturae exiguas, quas habent, vires a menstruis aliisque additamentis magis, quam a coralliis accipiunt. Teste Dn. Io. Scissero in actis laboratorii chemici specim. tamquam variae huius tincturae descriptiones extant,

ut, non minus circa coralliorum quam auri tincturam, homines elaborasse (potius delirasse) facile pateat. Illam cum salibus lixiviosis, succis atque spiritibus acidis, saccharo, oleis stillacitiis, cera, & nequid desit, etiam lacte atque butyro, praeparare docuerunt. Eius vero effectus agyrtarum promissis non respondere, Dn. Geoffroy tom. II. p. 455. rectissime affirmavit, & corallis affictam vim bezoardicam atque analepticam mentionem non mereri, cum Dn. D. Loeseke in mat. med. 229. libenter credimus.

CAP. XI.

DE PETRIFICATIS ANIMALIBVS.

---

§. CXXXXV.

Inter lapides officinales quaedam etiam petrefacta animalia occurrunt, nimirum Bufonites, Iudaicus lapis, atque Belemnites seu la- Petrificata officin.

pis lapideus. Si calcariae indolis sunt, tunc idem, quam alius lapis calcarius, vel quodcunque petrificatum calcarium praestant; nec ulla adest ratio, cur haec potissimum, prae aliis petrificatis calcariis, ad usum medicum vocata sint. Spatosa, fortasse inquies, ergo purioris calcariae indolis sunt; nego autem quod tales semper sint. Plurimo rudiori materia calcaria, imo cornea atque saxea petrificata decurrunt, & cuius usus tunc erit? vitreae scilicet naturae existentes. Vbi spathum calcarium requiritur; magna eius copia extra petrificatorum numerum praesto est; nec, horum nomina illius vim medicam augere, arbitror.

§. CXXXXVII.

Bufonites. *Bufonitae*, Batrachitae, Brontiae ova anguina, vel Ombriae, quod tonitru aut imbribus detrudantur, Chelonitae, *Krötten-Frosch-Schwalben-Steine*, dentes piscis marini petrificati sunt, & huc pertinent, calcariae, non autem vitreae, indole praediti.

diti. Quod in bufonibus vel ranis oriantur, falsum, vanum atque fictum est. Colore pallido, flavo, fusco, viridi aut nigrescente tincti sunt. Tamquam absorbens atque diureticum agere possunt. Alii etiam vim contra casus fortuitos, epilepsiam, febresque acutas malignas, liberaliter iis tribuunt; quo fundamento, ipsi videant!

§. CXXXVII.

Belemnitae, Dactyli Idaei, lapides lyncis, *Luxsteine*, coniformia petrificata holothuriorum sunt. Helmintholithi testaceorum Linnaei. Intus tubulo a basi ad apicem excurrente (*Nerven-Roehre*) multisque alveolis distincti sunt. In apice verruca ornati, atque in basi foramine quandoque pertusi, sunt. Non diversa figura, vti in dispensatorio Wirtenbergico p. 9. dictum est, sed diversa admodum magnitudine illos vidi. Vt plurimum opaci, perraro semipellucidi sunt. Color plerumque griseus, interdum flavus, Belemnitae.

 fuscus

fuſcus vel niger, & lapidi calcario, cui inhaerent, ſimilis eſt. Abſorbens atque diuretica vis illis adſcribitur. Quomodo febribus & incubo mederi poſſit, eiusmodi naeniarum defenſores ipſi defendant!

§. CXXXXVIII.

Lapides Iudaici. Echinorum radioli petrificati, olivari figura gaudentes *lapidum iudaicorum*, oblongi autem acuum iudaicarum nomine veniunt. Eorum alii petiolo gaudent, alii eodem privati ſunt. Helmintholithi zoophytorum Linnaeo dicuntur. Varia petrificata calcaria in feriebus calcariis, vel vt cornea in montibus cretaceis & ſerie corneo-petroſa inveniuntur. Cum in calcariis Iudaeae montibus occurrant, iudaicorum cognomen illis additum eſt. Vim abſorbentem atque diureticam, ſi calcarii ſunt, cum aliis lapidibus calcariis communes habent; quas etiam Dn. Geoffroy l. c. p. 83. illis concedit, vim diureticam, inquiens, lapidi lyncis, iudaico atque cancrorum lapidibus, denegare non poſſumus.

CAP.

CAP. XII.

DE

LAPIDIBVS GYPSEIS.

§. CXXXXIX.

Lapides gypsei ex marmoreis acidi vitriolici accessu facti, & eo ipso adeo mutati sunt, vt nulla petrificata amplius contineat, atque cum acidis non effervescant. In igne non per se, sed cum aliis terris atque lapidibus refractariis, fluunt. At in eodem in pulverem cum aqua indurescentem (gypsum coctum) facescunt. In pluribus regionibus v. c. in Thuringia, Saxonia &c. loco seriei marmoreae gypsea occurrit, seu potius illa in hanc mutata est. In eiusmodi regionibus salinas quidem, sed nullas aquas alcalinas (vulgo *Sauerbrunnen*) reperiri, alibi monui, caussamque huius rei reddidi. Gypsum vt plurimum albo, interdum ab admixtis particulis argilloso-martialibus, vel inflammabilibus, flavescente, rubro, viridi, nigrescente vel nigro gaudet; Lapides Gypsei.

nec relinquimus. Vsum vero medicum quod attinet, in externis supervacaneum, in internis prorsus nocivum esse, autumo; etenim styptica sua vi humoribus coagulatam, vasis visceribusque obstructiones, morbosque habituales inducit; recte igitur Cel. Io. Henr. Schulzius in materia medica p. 1 10. gypsum stypticitate sua corpori animali venenum esse, iudicavit.

§. CLI.

Alabastrum. *Alabastrum*, gypsum durius, politurum recipiens, est. In dispensatorio Wirtenbergico p. 7. pro mollioris marmoris specie minus recte habetur. Plerumque coloris albi, subinde flavi, viridis, nigri atque variegati est; prout argilla illud ingrediens, tincta fuerat. Haud rare spatum gypseum ei admixtum deprehenditur. Exteriora montium gypseorum strata in vallibus extensa constituens, sub tabularum crassiorum forma eruitur. Vi refrigerante illud praeditum esse, aiunt, & idcirco in unguentum alabastrinum

feci-

recipiunt. Qualis eius ad stomacacen corrigendam vsus sit, haud capio; in diarrhoeis cohibendis eius abusum manifestum esse, scio. Dn. Luddovici l. c. p. 790. alabastrum, inquit, statuariis relinquamus; quanti hodie inter tot commodiora est vnguentum, quantive congenera cataplasmata?

§. CLII.

Lapis specularis Plinii, *Aphroselenites* Galeni, *Glacies Mariae* Matthioli, *Frauen-Eiss*, est gypsum lamellosum, pellucidum. Color albus ei familiarissimus est, interdum tamen in griseum, flavescentem, rubescentem ac nigrescentem declinat. In lamellas tenuissimas, rhomboidales, dividi potest, atque in exterioribus montium gypseorum stratis reperitur. In igne pelluciditatem suam amittit, atque in pulverem dilabitur. In dispensatorio Wirtenbergico p. 8. pro Amianthi specie, a quo tamen toto genere differt, perperam habetur, & eodem loco cum lnolitho, de quo protinus dicam, quoque confunditur. Aphroselenites.

§. CLIII.

Vsus mechanicus.

Ex aphroselenitide, vt & ex gypso, cinefacto, cupulae docimasticae, laboribus docimasticis bene inservientes, facili negotio parari possunt, & id, quo aurifabri, sub spathi titulo vtuntur, nil quoque nisi aphroselenites est. Cum argilla alba macra, certa proportione, mixtus, sub diuturniori ignis actione in massam praeduram, semipellucidam, inter vitrum atque testam medium aliquod constituentem, mutatur, quae nomine porcellanae venit. Gypsum coctum etiam ad statuncula formanda adhibetur.

§. CLIV.

Vsus medicus.

Aphroselenites crudus in pulverem contusus membrisque illitus pruriturn excitat; hinc ad novum sanguinis effluxum in membra paralytica excitandum a nonnullis commendatur; quo tamen, ob longe meliorum rubefacientium copiam, facile carere possumus. Quod, ob vim siccantem, ab aliis contra diarrhoeas commendetur, inconsultum atque periculosum est, & quas ei affingun-

finguntur vires abstergentes atque resolventes, in strumis curandis, falsae sunt, omnique fundamento carent.

§. CLV.

Inolithus, Feder-Spath, Feder-Weiss, est spathum gypseum ex fibris rigidis parallelis, vt plurimum brevioribus, interdum longioribus; constans. Plerumque albus & opacus, interdum pellucidus aliisque coloribus v. c. flavescente tinctus est. Exteriora montium gypseorum strata, lemniscorum instar, percurrit. De hoc lapide sequentia in dispensatorio Wirtenbergico p. 8. extantia, nisi omnia me fallunt, emenda sunt: lapis quem glaciem Mariae modo vocavimus, amianthi species est, & a nonnullis etiam alumen plumosum vocatur. Fibras habet plumae instar, molliores autem, quam in vero alumine plumoso, nec etiam sapore adstringente linguam afficit. Calcinata pecudibus ad calorem febrilem temparandum a veterinariis exhibetur. Argentifabris ad polienda vasa inservit. At primo

Ino-
lithus.

primo glaciem Mariae, tamquam gypseum, ab Amiantho, tamquam argilloso, differre, iam monui. Dein glacies Mariae non ex fibris, sed ex lamellis tenuissimis, rhomboidalibus, separabilibus, composita est: sed inolithus vtique fibris parallelis, plumae instar dispositis gaudet, at hae rigidiores fragilioresque, quam illae amianthum componentes, sunt. Tertio non amianthum argillosum, sed glaciem Mariae atque inolithum, vtraque gypsea, argentifabri in vsus suos trahunt. Denique in neutro, si particulis martialibus carent, saporem adstringentem observare potui, nisi sensum, a vi siccante linguae impressum, improprie ita nominare velis.

§. CLVI.

Vsus. Inolithi vsus mere mechanicus est, omniaque, gypso puro competentia, praestare poterit. Intus illum, siue purum siue aliis rebus admixtum, assumere, non careret periculo. Febres illo supprimi, non autem calorem febrilem sedu-

O cari

tari modo temperari posse, certum est; etenim vt remedium fluida coagulans, atque partes solidas adstringens, agit, ipsoque morbo deterius est.

CAP. XIII.

DE LAPIDIBVS METALLICIS.

§. CLVII.

Ex lapidibus vnus semimetallicus, nempe Cadmia fossilis, & quatuor metallici, tres martialis indolis, Haematites, Magnes, lapis Lazuli, vnusque venereae naturae, lapis Armenius, pharmacopolia, inter tot semimetallorum metallorumque mineras, soli irrepserunt. Tribus prioribus vis adstringens meritó tribuitur. Lapis Lazuli temere vendicatur pro analeptico. Armenio lapidi vis emetica atque purgans, sed suspecta, recte adscribitur. Omnibus autem, quod vsum

Lapides metallici.

vsum medicum attinet, pulcre carere possumus.

§. CLVIII.

Lapis calaminaris.

Lapis calaminaris, Cadmia fossilis, zincum terrestre Linn. *Gallmeystein*, est minera semimetallica, ex Martis atque Zinci ochris argillaque indurata constans. Colore griseo, flavo, rubescente vel fusco tinctus est, & in plurium terrarum v. c. vtriusque Indiae, Hispaniae, Angliae, Germaniae, in primis ad Aquisgranum, Silesiae, Poloniae &c. stratis argillosis deprehenditur.

§. CLIX.

Eius vsus.

In vasis clausis, ignis actione, ex cadmia fossili zincum in altum agitur. Cupro colorem aureum conciliat, eiusque pondus auget; vtrumque effectum eo magis praestat, quo ponderosior est. Vi siccante atque adstringente gaudet; hinc ad collyria, vnguenta atque emplastra sumitur; quando scilicet fibris vasisque, elasticitate sua privaris

vatis, novum robur conciliandum est.

Schol. I. A cadmia fossili *fornacum cadmia* vel *Tutia*, sub minerarum cum pseudogalena mixtarum (*Hausswerck*) fusione, furnorum fornici adhaerens, distinguenda est. Haec flores zinci, ac, post tostionem, vitriolum largitur.

Schol. II. Zincum combustum *flores zinci* vel *nihilum* album dat; cuius loco terra alcalina alba hinc inde in officinis asservatur. vid. Cel. Io. Andr. Cramer in artis docimasticae part. 1. p. 293.

§. CLX.

Haematites, ferrum intractabile fibris centralibus rubris Linn. *Blutstein*, est minera martis argillosa, striata, pyramidalis, vt plurimum saturate rubra, subinde tamen flave, fusca, ferruginea, nigrescens. In igne valde refractarius est, & nonnisi ferrum fragile ex eo coquitur. In ferriei petrosis metallis deprehenditur. Virtute adstringente manifesto pollet. Ad haemorrhagias sistendas interno atque externo Haematites

no

no vsu laudatur; sed ne hic temere quid fiat, curandum est. Ad florum salis ammoniaci martialium praeparationem adhibetur, ex quorum residuo obtinemus liquorem valde stypticum.

Obs. Haematites quandoque non ex fibris pyramidem formantibus, sed ex lamellis sibi invicem incumbentibus & juxta se positis compactus, figuram hemisphaericam, vel harum aggregatum exhibet, & tunc a Germanis *Glaskopf* dicitur.

§. CLXI.

Magnes. *Magnes* est dives ferri metallum, sulphure in mineram redactum, ferruginei, rubescentis, fusci vel nigri coloris, ferrum attrahens atque repellens, & mundi polos indicans. Ferrum attractorium Linnaei. Quo validius ferrum attrahit, tenetque; eo praestantior est. Interdum multum petrae aut quarzi illi admixtum est, & tunc multo pauperior atque debilior deprehenditur. C. Plinius in historia mundi l. 36. c. 16. eleganter de

ductilo descriptionem dedit: quid hoc est mirabilius? ecce sensus manusque illi natura attribuit; ferrum, cuius duritia nihil pugnacius, cedit & patitur mores; trahitur enim a magnete, & domitrix illa omnium rerum materia ad inane nescio quid currit, atque vt propius venit, assistit teneturque & complexu haeret. In Sibiriae, Sueciae, Bohoemiae, Silesiae, Saxoniae, Chinae &c. ferri metallis obvius est.

§. CLXII.

Magnetis vsus potissimum mechanicus atque nauticus est. In medicina magnetem praeparatum iisdem intentionibus, quibus martis limatura vel illius crocis vtimur, veteres praescribebant. Ab illo autem expectare, vt ferrum corpori infixum extrahat, ridiculum est. Dn. Ludovici l. c. p. 790. magnetem, ait, Mechanicis relinquamus; destinationes in medendo non attingit, & tonsorum extractoriae herniosaeque iactantiae Vsus.

fallunt. Recteque Cel. I. H. Schulzius in materia medica p. 160. monuit, hos non cogitare, 1. quod in comminuto vis illa, a pororum coordinatione maxime pendens, pereat. 2. Quod vnguinosis obtectus, multisque intermixtis impeditus, prorsus nihil, quod crudi effectibus simile sit, peragere valeat.

§. CLXIII.

Armenius lapis. *Armenius* lapis minera cupri calcaria, modo pallide modo saturate coerulea, nonnunquam punctis albis, viridibus vel nigris notata, est; quae vero sub incineratione evanescunt. Saturato coeruleo colore tinctus optimus esse creditur. In Armenia, vnde nomen traxit, Hungaria, Bohoemia, Saxonia, comitatu Tyrolensi &c. effoditur. Quod calefactus lumine coeruleo in tenebris luceat, a Cel. Pottio observatum est.

§. CXLIV.

Colorem coeruleum a veneris ochra habet, atque ex illo pigmentum coeruleum, ad viriditatem quodammodo vergens, *Kupfer-Blau*, *Asurblau*, pigmentarii conficiunt; quod cum petroleo mixtum durabilius, quam cum oleo lini tritum, esse dicitur; sed ad vltramarini splendorem atque durabilitatem non accedit. Propter dictas aeris particulas vomitum, non sine molestia, movet; hinc in morbis gravioribus e. g. affectibus soporosis, apoplecticis, hydrope, melancholia, mania, à veteribus in vsum vocatus fuit. Illum autem recentiores merito repudiarunt; cum ad has indicationes explendas non desint tutiora atque praestantiora remedia. Eius vsus.

§. CLXV.

Lapis Lazuli, Cyanus Graecorum, Stellatus Mesues, est lapis petrosus, mollior, (*eine marckige Wacke*) coeruleus, vt plurimum pyritae punctis notatus. Modo Lapis Lazuli.

 mol-

mollior, modo durior est, & subinde quarzi lamellosi speciem prae se fert. Colore coeruleo gaudet modo saturatiori, modo palli[illegible]. Perraro frusta occurrunt, quae nil nisi pigmentum caeruleum friabile esse videntur; quod etiam respectu cobalti subinde accidit. In vtraque India, Tataria Buchariensi, Suecia, Italia, Saxonia, comitatu Tyrolensi &c. eruitur.

Schol. Circa huius lapidis indolem multum ambegerunt scriptores rerum naturalium; plurimi tamen in eo convenerunt, quod sit petrosae indolis, & tantummodo respectu speciei inter se discrepet. Quarzosum esse, Cel. Pottius asseruit. Ab Anonymo in novae mineralogiae tentamine p. 121 Zeolithis additur. Dn. Wallerio Iaspis est, & a Dn. D. Bruckmanno l. c. p. 210. refertur inter lapides calcarios.

§. CLXVI.

Eius proprietates & relationes.

Lapis Lazuli cum acidis non effervescit; ergo abhorret a calcaria indole. Ad chalybem non vbique scintillas spargit, sed tantum in locis

cis ductioribus, multoque pyrite obsessis. In igne colorem coeruleum diu quidem retinet, at vehementiori in fuscum denique mutatur. Ab aceti affusione floridior fit eius color coeruleus. Ab oleo vitrioli bulliente, amisso colore, solvitur; ex quo menstruo dein, salis lixiviosi ope, pulvis albus ad fundum agitur, & ex hoc cum borace fuso argentum obtineri, laudatus autor Anonymus l. c. p. 113. asserit. Ab igne vehemente in vasis clausis in vitrum nubeculis caeruleis praeditum, sed addito sale lixivioso in nigrum mutatur.

§. CLXVII.

Quaenam metalla lapis Lazuli contineat, & cui horum color coeruleus adscribendus sit, de eo quoque disputatum est. Lapis Lazuli vulgaris, qualis vt plurimum in officinis asservatur, spiritum salis ammoniaci non tingit colore coeruleo. Ab experimento, quo cuprum ex eius mineris docimastae excoquere solent, nil nisi nigram scoriam, qualis Eius metalla

lis ferri esse solet, obtinuit; Celi igitur Marggravii, colorem eius caeruleum non ab aere, sed a ferro, derivantis, sententia vtique locum habere videtur. Sed quod de pyritis verum est, qui, licet quoad essentiam suam nil nisi sulphur & martem contineant, aliorum tamen nobiliorum metallorum venis admixti, aës, argentum, aurum accidentaliter in sinu suo fovere solent, idem de lapide Lazuli sub iisdem connexis valere poterit, & tunc forte non semper ab arsenici contagio liber est. Me ex lapide Lazuli puriori Hungarico, qualem §. CLXXV. descripsi atque spiritu salis ammoniaci tincturam elegantissimam coeruleam, aeris indicem, obtinuisse, certissimum est; hanc ceteroquin sententiam nemini obtrusurus sum, vlteriori tamen investigatione dignam esse, arbitror.

§. CLXVIII.

Vsus mechanicus. Ex lapide Lazuli duriori, bonum polimen admittente varia sculpuntur

puntur vtensilia. Eundem inprimis saturate coeruleum ad pigmenti elegantissimi, *ultramarini* nomine venientis, praeparationem adhibent. Huius magisterii confectionem Zwelferus in animadversionum appendice p. 51. & Neumannus in praelect. chym. p. 489. enumerant. An ad hunc vsum occidentali orientalis praestantior sit, id quod a Dn. Geoffroy in materia medica p. 87. asseritur, determinare nequeo. Verba autoris haec sunt: lapis Lazuli duplicis generis est, alter orientalis ignis vim fert, alter occidentalis neutiquam. Ex vtroque color pretiosus parari solet, ex orientali vltramarinus dictus, qui aetate non mutatur, ex alio ignobilior, qui ab iniuriis externis facile laeditur, atque temporis progressu virescit.

§. CXLIX.

Cum de lapidis Lazuli, ex diversis metallorum venis desumti, partibus accidentalibus non semper con- Vsus medicus.

constet; medicus eius usus rarius omittitur. Nil nisi martem atque pyriten continens, ob pericula inde oriunda metuendus quidem non est, sed cur, forte absorbendi atque quodammodo roborandi scopo, non utamur, multo melioribus! Illum, cui veteres humores melancholicos expurgandi, epilepsiam & febrem quartanam curandi vim adscripserunt, a veneris contagio liberum fuisse, haud arbitror; nisi eos hanc virtutem tantum finxisse, contendere placeat. De quo Ill. Dn. Loeseke in mat. med. p. 68. locutus esse videtur, dum etiam drasticis annumeravit emeticis. Vim analepticam ei competere, etiam sub quibusve connexis, absonum est; quas igitur vices in Alkermes confectione expleat, prorsus non capio. Virtutes quae de hac confectione depredicantur roborantes atque analepticae, cinnamomo, moscho atque ambrae potius debentur, quam lapidi Lazuli atque auri foliis.

§. CLXX.

§. CLXX.

Haec, atque ab aliis de eadem re dicta, aequa mente perpenſuro clarum erit, non ſolum harum rerum naturalium conſiderationem admodum iucundam; ſed & eximium plurimarum vſum mechanicum eſſe. Quod vero illarum vſum medicum attinet, ſi a pauciſſimis v. c. calce, & forte a terris bolaribus, lapide ſpongiarum atque calaminari receſſeris, ille in plurimis ſupervacaneus, & in multis prorſus damnoſus eſt. Vt igitur invtilia haec non ſolum ex formulis pharmaceuticis expungantur, ſed etiam ex officinis exturbentur, ſerio optandum eſt!

INDEX RERVM,

cuius numeri paragraphos, & asterisci scholia denotant.

Car-

Topa-

